quę occulta ⁊ dubia ſunt per ipſa id ſuſtulit qđ eſt mani
feſtū.ſ.ipſum motuꝫ,ſed potius opus eſt ſyllīm hoc mō
dicere,ſi eſt motus eſt vacuū,ſed nō eſt vacuū,non igiẗ
eſt motus.eodē quoqꝫ mō tollit multitudinē. ſi eniꝫ in-
quit in entibus eſt diuiſio,eſt vacuū. ſolū.n.ꝑ vacuū ait
fieri diuiſionē,ſꝫ nō eſt vacuū,nō igiẗ ē diuiſio. ꝯtinuū
eni erit oē ⁊ vnū.ruſus itaqꝫ ⁊ ꝯñiā ⁊ aſſumptuꝫ ſum-
pſit vt cōceſſa quę tñ imanifeſta ſunt. ⁊ ꝑ ipſa q̄ cōceſſa
ſunt,ſuſtulit. Parmenides itaqꝫ hoc pacto q̄ manifeſta
ſunt ex imanifeſtis ſuſtulit. Democritus tñ ꝑn⁹ ſumēs
ex ſenſu cōceſſa,ꝙ ⁊ diuiſiones ſunt ⁊ multitudo ⁊ mo-
tus in entibus ex his inducit vacuū.qđ occultū eſt ꝑ im
manifeſta cōſtruens.ſi eniꝫ eſt diuiſio inquit ⁊ multitu-
do in rebus,eſt vacuū,ſed eſt diuiſio ⁊ multitudo.ğ va-
cuū, ipaꝫ qdē ꝯñiā eodē mō accipiēs vt Parmenides,
ſꝫ aſſumptū minime.nā hic qdē dicebat , ſꝫ nō ē vacuū,
qđ erat occultū,iſte ƀo ꝙ eſt multitudo ⁊ diuiſio,ſilr.⁊
de motu.ſi eſt motus,ē vacuū,ſꝫ eſt mot⁹ igiẗ eſt vacuū,
hic quoqꝫ eādē ꝯñiā cū Parmenide ſumēs.aſſumptio-
nē ƀo,minime.eodē mō Parmenides ēt infinitū indu-
cebat.ſi eſt finitū oē, vacuo ꝓculdubio finiẗ,ſed nō eſt
vacuū nō igiẗ eſt oē finitum.ꝓp hęc cōmēdauit Demo
critū, vt ⁊ ſenſui cōceſſa ꝑn⁹ ſumentē, ⁊ eiuſmodi ex eis
ſuppoſitiones ⁊ principia naturaliū rerum cōſtruentē
per quę oīa aſſignare poterat,quę ex nā fiebant.de Em
pedocle tñ dicēs,ingredi ingt dicere ipꝫ agēs in meat⁹,
⁊ ſic faceẗ,nō p̄ aūt agēs, vt medicinā,ſꝫ vt imediatus,vt
medicamen,aut cibū.⁊ ꝓp ħ ingt dicebat magis videri
viſibilia,

viſibilia,ꝑ ea q̃ magis ꝑſpicua ſunt, nã q̃ ſunt magis ꝑſpicua magis hñt ꝛ denſiores ꝛ ꝑ ordinẽ meatus.hic igitur inqͥt nõ ſufficiẽtia ſumpſit pñ° ad oia nãlia, ſꝫ ad q̃dã ſoluꝫ ipſis accõmodata, vt ad modũ quo ſit agere ꝛ pati.itẽ quo pacto miſcent̃ miſcibilia,ſed nõ quo pacto fiat motus/aut diuiſio ex his tradere pñt, aut reliquoꝝ ſingulũ.Democritici ꝟo talia dͤterminauerũt principia quę eis ꝓcedent recte,circa demõſtrationes oium coꝝ quę ſiũt.ꝓpter hoc igit̃ inqͥt recte ꝓficiſcũtur eis ꝯñtia: qm̃ tale pnn^m ſumpſerũt,qđ eſt ꝛ ꝯcedit̃ a nã.ſ.eſſe multitudinẽ ꝛ motũ in rebus. viſum nãqꝫ eſt qbuſdaꝫ antiquoꝝ,neqꝫ eſſe multitudinẽ neqꝫ motũ, qđ erat ſenſui repugnare.nõ ſuſtulit ergo Democritus q̃ ex ipſa re fidẽ ſumpſerũt,ſꝫ talibus principijs vſus eſt. cũ aũt dicit vacuũ nõ ens,hic gdẽ ꝑ eo qđ eſt nõ poſe,intelligẽ.ſ.nõ eſſe in entib⁹ oino vacuũ,vt ſit ſenſus.ſi nõ eſt poſe motũ fore aliqđ ſine vacuo,ſꝫ nõ eſt vacuũ,nõ igit̃ eſt motus.in Democriticis aũt rõnibus non eſt ꝯñter ſic poſe accepiſſe dici vacuũ,nõ ens, vt oino non ſit,ſed ſolũ adũiaꝫ pleni.nã veluti nõ hñs eẽntiã aliquã ſupponit vacuũ ipſe Democritus.cũ aũt dixit nõ exiſte vacuo/addidit ſeparato.dictũ eſt enĩ ĩ phyſica ꝙ vacuũ locus ꝛ plenũ,ſubiecto eadẽ ſunt,ſꝫ habitudine diuerſa.vacuũ enĩ nil aliud ẽ q̃ꝫ locus priuatus corpe.plenũ aũt locus plenus corpore:locus ꝟo vacuũ corpis receptiuũ,aut interuallũ corporis ꝯtẽtiuũ.in eo ꝟo[hoc aũt nihil differt] non ad id qđ iã dictũ ẽ,ſꝫ ad dicendũ referre opus eſt:adhuc aũt ad Parmenidẽ loqͥtur.ſupponens enĩ inqͥt vacuũ eſſe ꝛ motũ ꝛ multitudinẽ,eo ꝙ nõ poſſit dicere nec diuiſionẽ eſſe nec motũ ſine vacuo,ſed vera ratio hꝫ, ꝙ etiã nõ exiſte vacuo nihil ꝓhibet/ꝛ diuiſionẽ ꝛ motũ reꝝ eſſe,diuiſaꝝ gdẽ ſꝫ ſe tãgentiũ, ꝛ nõ ꝑ vacuũ diſtinctaꝝ. h̃ interimẽs Parmenides, dicit ꝙ nihil dĩt ſic ſupponere ab eo/qđ eſt,atoma ꝛ vacuũ iferre. vtrũ enĩ inqͥt ipm ens,oiquaqꝫ diuiſibile ẽ,aut nõ oiquaqꝫ:ſi enĩ oiquaqꝫ nõ ſolũ multę nõ erũt res,ſꝫ nec vna.diuiſum ſiqdẽ oiquaqꝫ nihil erit,ſꝫ ſolũ vacuũ.ſi aũt non oiquaqꝫ diuiſibile/figmẽto h̃ ſile eſt.nã cur ſm̃ qđ diuiſibile,ſm̃ quid ãt idiuiſibile.ſic aũt ꝛ atomoꝝ opio cauillatio ẽ, ad quã ꝛ vacuũ eẽ ſeqͥt̃.eadẽ aũt inqͥt rõne oñdit motũ non eẽ, vacuũ gdẽ nõ eẽ ſupponẽs, motũ aũt ſine vacuo nõ eẽ aſſumẽs.deinde accuſat Parmenideos, qm̃ putabãt ad reꝝ euidentiã nõ eſſe aduertẽdũ oino,ſꝫ ad ſolã rõnum ꝯñtiaꝫ.qđ credẽtes/ꝛ ꝑſuaſi/vnũ eſſe dicebãt vniuerſuꝫ ꝛ imobile ꝛ infinitũ. videbant̃ enĩ inqͥt accidere hęc.ſ.eẽ vniuerſũ vnũ ꝛ infinitũ ꝛ imobile,q̃tũ ẽ ex rõnuꝫ ꝯña, ꝛ ꝓbabilis eſſe argͭ͏ͥᵃ:videbat̃ in ipſis tñ rebus nihil ab inſania. videt̃ hoc ipm differe imo potius excedere inſaniã:nullus enĩ inſanientiũ ĩ ſenſu fallit̃, neqꝫ ignẽ idẽ putauit glaciei:ſꝫ error inſaniẽtib⁹ eſt circa bona ꝛ non bona vtilia ꝛ nõ vtilia:eligit enĩ ꝑꝑ inſaniã inutile ꝑ vtili. hi igit̃ hꝫ ſunt. Leucippei ꝟo ꝛ Democritici ſenſui ꝯfeſſa dicẽtes nõ ſuſtulerũt nec multitudinẽ nec motũ. apparẽtib⁹ igit̃ inqͥt cõcors exñs Leucippus in h̃, quũ poſtea recepiſſet ex his q vnũ inducũt,ꝛ cũ ipſis cõſentiens nõ eẽ motũ ſine vacuo, ꝛ ꝙ vacuũ eſt nõ ens h̃ eſt nõ plenũ/neqꝫ ſubã aliq̃/neqꝫ ꝯſiſtẽtia, ſic q̃ ꝯſequũtur cõſtruxit.ſ.ꝙ atoma ſunt ꝛ vacuũ:nã ſi multa ſunt entia diſtinctaqꝫ,diſtinctionẽ ꝟo ſine vacuo factã iri eſt impoſe.eſt igit̃ vacuũ,ſic igit̃ vacuũ eſſe cõſtruxit. atoma ꝟo rurſus ſic, vnũqđqꝫ entiuꝫ ꝓprie eſt ens, in ente ꝟo nihil eſt nõ ens,q̃re neqꝫ vacuũ.ſi aũt nihil eſt vacuũ in eis,diuiſionẽ ꝟo ſine vacuo impoſe ẽ factã iri, impoſe eſt igit̃ ipſa diuiſa iri.tãgẽtia ꝟo dixit agere ꝛ pati, hoc eſt ꝑ ipm vacuũ.nã ꝑ hoc ſe mutuo tãgunt.non enĩ proprie tactũ dicebat Democritus/dicens tãgere ſe inuicẽ atoma.qm̃ ſit ĩ ꝑficieb⁹ ad inuicẽ cõgruentibus ipſoꝝ tangentiũ,ſꝫ ꝓpinquas eſſe adinuicẽ atomos ꝛ nõ multũ diſtare,hoc tactũ vocabat.vacuo enĩ oino ipſos abinuicẽ diſtingui ꝛ ſecerni.ſꝫ cõpoſita inqͥt adinuicẽ atoma ꝛ cõplicata paſſiones gñant, vt ſępe dictuꝫ eſt. ſignificat aũt ꝑ cõpoſitionem ipſoꝝ ꝛ cõplexionem poſitionem ꝛ ordinem: ſꝫ ꝛ eo qđ ſm̃ veritatem ꝛ proprie inqͥt vno multitudo facta fuerit,cũ multitudo ꝑ diuiſionẽ fiat,diuiſio ꝟo ꝑ vacuũ.qđ igitur ꝓprie vnũ eſt nõ habens in ſe vacuũ minime diuiſum fuerit:ſed neqꝫ ex multis ſm̃ veritatẽ fieret vtiqꝫ vnũ.neqꝫ enĩ poſſunt atomi cõgregari per vacuũ ſeparate ꝛ vniri non potentes.

¶ Fere aũt ꝛ Empedocli neceſſariũ eſt dicere quẽadmodũ ꝛ Leucippus inqͥt:eſſe eniꝫ quędã ſolida,ſꝫ indiuiſibilia,niſi oiquaqꝫ cõtinui ſunt meatus,hoc aũt impoſe:nullũ enĩ erit alterũ ſolidũ p̃ter meatus,ſꝫ vniuerſum vacuũ.neceſſe igit̃ tangẽtia qdẽ indiuiſibilia eẽ,hoꝝ aũt intermedia vacua quos ille meatus vocat.ſic aũt ꝛ Leucippus inqͥt de agere ꝛ pati,modi igitur per quos hęc quidem agũt,illa ꝟo patiuntur,fere hi dicuntur. Tex.c.62.

¶ Reducitur inqͥt Empedoclis opio ad Democriti opinionẽ,q̃tuꝫ ex his q̃ ſupponit Empedo.neceẽ eſt ipſum atoma corpa inducere.ſi enĩ ꝑ meatus ſupponit agere ꝛ pati,neceẽ oino eſt in meatus ingrediẽte agẽte ꝛ patiẽte ꝯtinẽtia meatus corpa ĩpaſſibilia eẽ ꝛ indiuiˢᶦᵃ. nã ſi patiant̃,qm̃ agere ꝛ pati nõ alir q̃ꝫ ꝑ meat⁹ dicit fieri:neceſſe eſt ꝛ illa meatus hr̃e ꝛ rurſus corpa ꝯtinẽtia meatus illos:q̃re aut totũ meatus erit,aut ſi hoc ẽ impoſe, neceẽ eſt eẽ q̃dã vltima ĩpaſſibilia ꝛ indiuiſibilia corpa.ꝛ hoc quoqꝫ Democritus dicebat. q̃re eadeꝫ ẽt Empedocles Democrito ꝛ Leucippo q̃tũ eſt ex ꝓprijs ſuppoſitionibus dicere coget̃.hoc aũt icrepat dicens.[eſſe enĩ ipſa q̃ ſolida ſunt].i.neceẽ eſt Empedocli dĩe eẽ q̃dã ſolida ꝛ idiuiſibilia:q nõ ſunt ĩ oi pte corpis meat⁹ ꝯtinui:h̃ enĩ eſt impoſe:eẽt enĩ meat⁹ vniuerſuꝫ corpus ꝛ vacuũ.q̃re ſi h̃ abſurdũ eſt,neceẽ eſt tangẽtis corpis ptes,ſolidas eſſe ꝛ idiuiſibiles,media ꝟo ipſaꝝ vacua,q̃ Empedocles meatus corporis vocabat. huiuſmodi ꝟo ꝛ Leucippei ſupponebãt indiuiſibilia ſe inuicem tãgere, ſꝫ intercipi vacuo,ꝑ qđ agere ꝛ pati ſit:niſi ꝙ ipm tactũ non ꝓprie dixerunt Leucippei,vt ſuperius dicebat. Com.114

¶ Et de his qdem ꝛ quo pacto dicunt,manifeſtũ eſt, ꝛ ad ipſoꝝ paſſiones qbus vtũtur fere ꝯfeſſe apparet id qđ accidit:alijs ꝟo minus,vt Empedocli quodãmodo erit corruptio ꝛ alteratio nõ manifeſte:illis enim ſunt indiuiſibilia prima corpora,figura ſolũ dĩa, ex qbus primis cõponuntur, ꝛ in q̃ vltia diſſoluũtur. Empedocli ꝟo,alia qdeꝫ manifeſtũ ꝙ vſqꝫ ad elemẽta gñonem ꝛ corruptionẽ habent,hoꝝ aũt ipſoꝝ quo pacto fit ꝛ corrũpitur coaceruata magnitudo,neqꝫ manifeſtũ,neqꝫ ꝯtingit ipſi dicere,nõ dicẽti ꝛ ignis eẽ elementũ.ſilr aũt ꝛ alioꝝ oiuꝫ, quẽadmodũ in Timęo ſcripſit Plato. ¶ Tantũ eniꝫ Tex.c.63.

differt nõ eodẽ mõ cũ Leucippo dĩc ꝙ hic gdẽ ſolida, illẽ ỽo ſupficies dicit idiuiſibiles: ꝛ hic gdẽ iſinitis determinata eẽ figuris idiuiſibiliũ ſolidoꝝ vnũqdq́ʒ, illẽ ỽo determiatis, qm̃ idiuiſibilia vtriqʒ dicũt, ꝛ figuris determinata, ex his itaqʒ gñones ꝛ diſgregatiões.

¶ Cum expoſuit modos quibus Empedoclesqʒ ꝛ Democritici agere ꝛ pati ſupponebãt, in his magis cõmendat democriticos qui eiuſmodi pñª ſupponebant: que eis ſufficiebãt ad gñonẽ ꝛ corruptionẽ ꝛ alterationeʒ ꝛ alias nãles mutatiões, cũ Empe. nõ poſſet ꝑ ꝓpria pñªoiũ rõnes aſſignare. pꝰ enĩ ipaſſibilia dicens eſſe elm̃ta qtuor ꝛ ſpecificas ipſoꝝ diũas ipſas paſſiones, alterõnẽ ſeruare nõ põt. gñonẽ aũt cõpoſitoꝝ gdẽ elm̃toꝝ ꝯgregatione dicit eẽ: ipſoꝝ aũt elm̃toꝝ gñonẽ nõ amplꝰ dĩe põt, nõ ſupponens illis ſimpliciora elm̃ta: vnr aũt elm̃ta genita corruptaqʒ. ſʒ democritici dicentes cõpoſita oia ex qtuor elm̃tis hĩc gñonẽ, ipſoꝝ ẽt elm̃toꝝ rõnem gñonis ex ꝓprijs principijs aſſignãt: gñari enĩ ipſa ꝛ corrũpi atomoꝝ ꝯgregatione ac diſgregatione: ꝛ alterationẽ quoqʒ fuabãt traſpõne ꝛ ordinis variatione ipſoꝝ atomoꝝ: nõ enĩ ſupponẽtes paſſiones in atomis, ſʒ ipſa dicẽtes ipaſſibilia, ipſoꝝ põne ꝛ ordine, paſſiones fieri videri dicebãt. Empedocles tñ in elm̃tis reponens paſſiones ꝛ ipſas eſſe dicẽs imutabiles, alterõnẽ ſeruare non põt: fere igĩ ingt qui ab antiqoribꝰ dicti modi ſunt iſti, qui duo, ꝛ g ꝑ meatus, ꝛ g per vacuũ. ꝛ de his gdeʒ ingt Leucippeis. ſ. ꝛ democriticis, manifm̃ aũt h̃ ex ꝯñtibus, ꝛ qũo. ſ. ꝛ quo nã modo dicũt manifeſtũ, ſʒ ꝛ ad põnes ipſoꝝ igĩ gbꝰ vtũt ꝯfeſſe fere qð accidit apparet, ꝯñtia. ſ. igĩ ꝛ accñtis principijs eoꝝ q̃ ꝯſequũtur, dixerũt ꝛ alia ꝛ eũ qui eſt de facere ꝛ pati ſermonẽ. Empedoclcis ỽo ingt minus ꝯña ꝛ accña principijs ſunt ea q̃ ꝯſequũtur, ea. ſ. q̃ de gñone ꝛ corrupᵗᶜ ꝛ alterõne/ꝛ agere ꝛ pati. democriticis enĩ ingt prima corpa ex gbꝰ fiũt oia primis ꝛ in q̃ vltima reſoluũtur, idiuiſibilia ſunt. in hac enĩ ꝛ qtuor elm̃toꝝ reſolutio fit. Emdedocli ỽo alia gdeʒ. ſ. cõpoſita vſqʒ ad qtuor elm̃ta hñt reſolõnem. pꝰ enĩ elm̃ta ſunt ei ipſa qtuor, ꝛ ꝑꝑ hoc cõpoſitoꝝ hñt gñonis rõneʒ, ipſoꝝ elm̃toꝝ ꝯgregationẽ: quo aũt mõ ꝛ ipſa elm̃ta gñantur ꝛ corrũpunẽ nõ hʒ dicere: nõ dicẽs ipſis elm̃tis ſimpliciora aliq̃ elm̃ta. aceruata aũt magnitudo, hoc eſt ex gñone ipſoꝝ aceruata, vt aer/aut aqua/aut ignis q̃ in gñone ipſoꝝ paulatim ꝯgregant ꝛ augenẽ, vt ex pluuia aqua, aut qꝛ ex euaporante aqua aer, aut ex accẽſa materia ignis. ſilr aũt ꝛ ð terra, nõ dicẽti igĩ ingt ignis elm̃ta neqʒ alioꝝ oium aque. ſ. ꝛ aeris ꝛ terre, nõ poẽ eſt ipſoruʒ gñoneʒ tradere: ꝑꝑ qð ꝛ Plato in Timeo quatuor elm̃toꝝ elemẽta ait eſſe ipſas ſupficies, he aũt ſunt triãgula eglatera ꝛ rectãgula: pyramidem ỽo nõ elm̃tuʒ dicebat ignis, ſʒ ſemen. ſilr ꝛ terre cubũ ꝛ alioꝝ ſilr. aque gdẽ laterũ octo, aeris ỽo viginti laterũ: nã duodeciʒ laterũ ſupficiẽ toti mũdo tradidit. triãgula ỽo hoc eſt pꝰ elm̃ta indiuiſibilia dicebat. nõ enĩ vlterius hec diuidi in magis elemẽtaria. Platonis igĩ ingt opio ab ea q̃ Leucippi ꝛ democriti dĩt in h̃ ꝙ hi gdẽ indiuiſibilia q̃ ꝛ pꝰ elm̃ta faciebãt, ſolida eſſe dicebãt, Plato ỽo indiuiſibiles ſupficies, ꝛ Democritus gdẽ infinitis figuris dicebat atomos figurari Plato ỽo terminatis, magis auteʒ vna: triãgula enĩ pꝰ elm̃ta dicebat. hec aũt pꝰ ex elm̃toꝝ terminatis terminari figuris. ſ. quinqʒ/pyramide/cubo/octo laterũ/duodecim laterũ/viginti laterũ figura. non hoc aũt dicit ꝙ vnaqueqʒ atomus infinitas hʒ figuras: vnã enĩ vnaqueqʒ hẽbat, ſʒ ꝙ atomi iſinitas figuras habebãt diuiſas ſʒ vnãquãqʒ, aut eſt ꝯuerſo mõ intelligẽdũ vnũqdq́ʒ ſolidoꝝ iſinitis figuris terminatũ eẽ, h̃ eſt vnãquãqʒ figurã i iſinitis ſolidis, h̃ eſt atomis terminatã eẽ, vt ſphericã/cubicã/ꝛ alioꝝ vnãquãqʒ, vt ꝛ figure infinite ſint, ꝛ ſub vnaquaqʒ figura atoma. ỽbuʒ aũt illud terminatũ hic loco eius dixit qð eſt circũſcriptũ ſingulum ſolidoꝝ ab aliqua figura.

¶ Leucippo quidẽ duo vtriqʒ modi eſſent, ꝛ ꝑ vacuũ, ꝛ ꝑ tactũ: ob hoc enĩ diuiſibile vnũqdq́ʒ. Platoni ỽo ſʒ tactũ ſolũ: vacuũ enĩ nõ eſſe ingt. ꝛ de indiuiſibilibus ſuperficiebus diximus in prioribus rationibus.

¶ Videẽ hic aduerſari his q̃ ab eo ſupius dicta ſũt. dixit enĩ i illis pati h̃ mõ fieri: diſſolõne facta ꝑ vacuũ ꝛ corruptiõe ꝛ alijs mutationibꝰ. nũc aũt dicit duos modos gñonis, eũ g ꝑ vacuũ, ꝛ eũ g ꝑ tactũ. videẽ igĩ hic cõmũs gñoneʒ dixiſſe in gñone entis, dico. ſ. ſubaꝝ ꝛ ipſoꝝ accidentiũ. ꝛ huiꝰ gdẽ alterũ modũ eũ. ſ. g ꝑ vacuũ ẽ, eẽ ipſiꝰ gñonis, alteꝝ ỽo g ꝑ tactũ alterõnis: tãgẽtes. n. ſe inuicẽ atomi ꝛ colliſe traſponunẽ ꝛ i ordine traſferunẽ, ꝛ ſic alterõnẽ faciũt: tãgunt aũt ſe ꝓculdubio ꝑ ipʒ vacuũ: qre nõ ſunt hec illis ꝯtria. põt aũt illud, duo modi, nõ ſm aliũ ꝛ aliũ modũ dĩe fieri gñoneʒ, qñqʒ hũc, qñqʒ illũ, ſʒ vnãquãqʒ gñonem ꝑ duos hos modos, vt fiat ꝛ per vacuũ ꝛ ꝑ tactũ. nã ꝑ vacuũ etiã fit tactus, ſiue ꝓprie tactũ dixeris, ſiue ꝑ appropinquationẽ: etenĩ ẽt ſupius cõiter agere ꝛ pati ꝑ tactũ dixit fieri. dicit aũt ſic. ꝛ ꝯſtãtia facere gñonem, diſſoluta ỽo corruptionẽ, agere ỽo ꝛ pati qtenus ſe tãgũt: agũt aũt ꝛ patiunẽ nõ ſolũ q̃ alterant ſʒ ẽt q̃ gñantur. ſic igĩ Democrito gdẽ ſunt ingt duo modi gñonis, Platoni ỽo vnus, g ꝑ tactũ, nõ enim dicit vacuũ Plato, ſʒ ſupficies gdeʒ tãgẽtes ſe ſm ꝓpriũ tactus ſignificatuʒ facẽ pyramides/aut cubos/ꝛ reliqs ſolidas figuraꝝ. hec aũt rurſus tãgentia ſe facere figuras corpa. Priores aũt rationes de celo dixit, in illis eniʒ Platoni ſuperficies principia dicenti ꝯdixit. Com. 116.

¶ De indiuiſibilibus ỽo ſolidis amplius cõſiderare quod accidit dimittatur nunc. Com. 117

¶ Indiuiſibiliũ corpoꝝ deſtructio dcã ẽ ab ipo gdẽ ſeorſuʒ i liᵒ ð idiuiſibilibꝰ magnitudibꝰ, ꝛ i liᵒ qʒ de celo. opꝰ aũt ẽ nos dĩe ꝑ q̃ꝛ ꝛ q̃les argumẽtatiões i lib. ð celo ipſa deſtruxerit. i 3ᵒ igĩ ſmõe ſex q̃ſdã ponit argumẽtatiões, in 4ᵒ aũt vnã, ꝯgruẽteʒ ꝯſiderõni de graui ꝛ leui. eſt igitur pꝰ ratio, ꝙ nõ ꝯdecẽtia ſcie prinª ſupponũt, qui atomos dicũt, cũ ipſas infinitas eſſe dicãt: infinitũ nãqʒ ſm nã incognitum eſt, ſcia ỽo terminatoꝝ eſt ꝛ terminata cognitio. hec aũt ratio nõ ad atomoꝝ indiuiſibilitatẽ ſʒ ad infinitatẽ dicta eſt. ¶ Scða ẽ ꝙ auferũt hec dicẽtes certiſſimas ſciaꝝ dico. ſ. mathematicas illi. n. oẽʒ magᵗᵐ ẽt itelku ſũptã bifariã diuidũt. hi ỽo ẽt nãlẽ nõ diuidũt quare aduerſantur certiſſimis ſciẽtiaꝝ. ¶ Tertia ꝙ interimunt cõſenſum ꝛ paſſiones. vt enim ſepe dictũ eſt, cum punxerit corpus acus aliqua, neceſſe eſt oĩno aut in vacuũ procedere ipſam aut atomum tãgere. ſed ſi in vacuum proceſſerit, nõ ſentiet: ſi ỽo atomũ tetigerit, qꝛ impaſſibilis eſt, rurſum nullus fiet ſenſus: quare ſublatus eſt ſenſus, neqʒ aligd erit ſenſibile. ſi enĩ ſentire dicitur aligd pati ab ipſis ſenſibilibus, ipſuʒ ſenſum, nõ eſt aũt cõſenſus neqʒ paſſio, nõ eſt igitur ſenſibile aligd ꝓprie. ſi aũt aliquis dixerit ꝙ nã nihil eſt ſenſibile, ſʒ poſitiõe, ꝛ certa ad ipſos ſenſus habitudie. nã eo ꝙ taliter aut talr atomi occurrãt, ſic eſſe videri ſenſibilia. ſcito dI

ciam eſſe

tiā eſſe ſufficiēter a Platone in Theęteto rōnem hanc. ¶ Quarta ꝙ interimūt continuitatē ⁊ diuiſionē, nullū enī erit continuū, ⁊ ꝓpter hoc neq; diuiſibile, cū tamē cōtinua eſſe corpora manifeſtum ſit vel ex hoc ꝓcipue, ꝙ vna aliqua particula patiente totū corpus fere in nō tēpore conſentit paſſionē, ꝓpter continuitatem ꝑtranſitam. at ſi nō eſſet cōtinuum corpus, quō oporteret particula vna patiēte vt pede offendēte, cōſenſus ſm continuitatem in totū ꝑtranſire: non enī ſi ſtaremus decem ſe ꝯſequētes, deinde vnus ꝑcuteretur fieret in reliquos cōſenſus, quia non ſumus cōtinui, ſ; diuiſi. ¶ Quinta ꝙ interimunt gñonem ⁊ corruptionem: quō enim ex aqua euaporante aer fieret, ꝓculdubio dicent ſegregatis atomis, ex quibus cōgregatis aer cōſtabat. ſed ſi hoc eſſet nunꝗ; oporteret vniuerſam aquā euaporari, ſ; ſemper ſupereſſe aliqd euaporandum. non enī eędē atomi ſunt oium elementoꝝ effectiuę, ſed alię aliorꝝ. quare ſi non ſuba aquę mutata ſit aer ſic, ſed ſegregatis ex ipſa aeris atomis, ipſa aqua nunꝗ; tota in vaporē cōuertitur: quare aut non oino erit gñatio, aut falſa eſt atomoꝝ ſuppoſitio. impoſſe eſt enī ſaluari in tali ſuppoſitione gñonē elemētoꝝ mutuā: cum tñ ⁊ ipſi dicant elemēta ex ſe mutuo generari: quare ipſi ſibi ipſis aduerſantur. dicentes ex ſe mutuo elemēta gñari. rurſuſq; quātum ex ꝓprijs ſuppoſitionibus mutuā illoꝝ gñationem auferentes. ¶ Sexta ſup has ꝙ ſi differunt figuris atomi, infinitę ſūt figurę, igitur infinitę atomoꝝ naturę. ſi aūt infinitę naturę, infiniti etiā motus, ⁊ infinita loca: nunc autem neq; loca infinita nec motus īfiniti. ſi aūt quis dixerit, ſed oēs graues eſſe dicebant. vt ⁊ oēs dicebant ⁊ deorſum moueri, ſurſum vero motū eliſis quibuſdā atomis, vt ſphęricis fieri, dicemus ꝙ quę ꝑter naturā violentia aliqua in ꝑternālem locum mouētur, quāto ſunt maiora, tāto tardius ꝑternāli motu mouētur. magnā enī terrā aliqs proijciens tardius ſurſum mouebit ꝗ; paruam glebā. oportebat igitur maiorē ignem tardius ad ſuperiorem locū moueri, minorē vero citius: nunc aūt ecōtra videmus, quāto enī maior eſt ignis, tanto citius ſurſum mouet̄. has igit̄ ponit argumētatiões i tertio. ¶ In 4° aūt inquit ꝙ nō habebūt cām quā poſſint aſſignare huius ꝙ alia alijs leuiora grauioraue ſint, qui atoma ſupponunt ⁊ vacuū. ꝓpter qd enim corporꝝ hęc quidē erūt grauiora, illa vero leuiora: neceſſe enī oino eſt aūt ꝓpter plenū ſolum, aut ꝓpter vacuum ſolū, aut ꝓpter vtrūq;. vbi cā ꝓpter plenū ſolū, vt dicāt ꝙ plus hūt de pleno, grauiora eſſe, ꝙ minus, leuiora, vacuo nihil cōferente. ſi aūt ꝑ ipſum vacuum, vt quę pluri vacuo participāt, leuiora ſint, quę aūt minori grauiora. ſi aūt ꝓpter vacui proportionem ad plenū, vt dicamus, in qbus maiorem rationē hꝫ vacuū ad vacuum ꝗ; plenū ad plenum, hęc eſſe leuiora, alia vero grauiora. vt. v.g. duobus exiſtētibus corporibus, maiorē rōnem habeat vacuū qđ eſt in altero ad vacuū alterius, ꝗ; ipſum plenū ad plenū alterius, vt exēpli grā, vacuū ſit duplum ad vacuū alterius, plenū vero ſeſqualterū aut ęquale. ſi igit̄ ꝓpter plenū ſolū hę quidem grauiora ſunt, illa leuiora, oporteret paucā terram multo igne leuiorē eſſe. eſt enī amplius plenū in multo igne ꝗ; pauca terra. ſi aūt ꝓpter vacuū ſolum oporteret multā terrā leuiorem eſſe pauco igne, cū amplius ſit vacuū in multa terra ꝗ; pauco igne: ſi aūt ꝓpter ꝓportionē vtroruſq; ⁊ grauiora ⁊ leuiora hęc eſſent, in qbus maior eſt ratio vacui ad vacuū ꝗ; pleni ad plenū: manifeſtū ꝙ in qbus ſunt rōnes ęquales vacui ⁊ pleni, hęc erūt ſimilr leuia aut grauia, oporteret igit̄ magnā terrā ſimilr eſſe leuē aut grauē, parti ſuę: eadē eſt enim in toto ⁊ in parte vacui ⁊ pleni rō, oporteret igitur lapidē vnius talenti ⁊ paucā terram, breuiſſimis eorꝝ partibus ęquipōderā eſſe, qđ eſt impoſſe. rōnes igit̄, quas in libro de cęlo ponit, hę ſunt: ponit quoq; ⁊ alias quaſdam hic.

¶ Et aūt paruꝫ egrediētes dicamus neceſſa- Tex.c.64
rium impaſſibileq; vnūquodq; dicere indiuiſibiliū: non enim poſſe pati niſi per vacuum, ⁊ nullius effectiuū paſſionis, neq; enim durū neq; frigidū eſſe pōt. ¶ Quāuis hoc eſt in- Tex.c.65.
cōueniens attribuere ſolum circulo lato corpori calidum. neceſſe enim ⁊ ꝯtrium ⁊ frigidum alicui alteri cōgruere figurarꝝ. abſurdū aūt ⁊ ſi hęc quidem inſint, caliditas inquā ⁊ frigiditas: grauitas vero ⁊ leuitas, ⁊ durities ⁊ mollities non inſint. ¶ Quāuis grauius Tex.c.66.
ſm excellentiā dicit eſſe Democritus vnūquodq; indiuiſibiliū, quare manifeſtū ꝙ ⁊ calidius: talia vero cū ſint nō pati a ſeinuicē impoſſe, vt a valde excellēti calido remiſſe calidū. ¶ Atqui ſi durū ⁊ molle, molle aūt iam Tex.c.67.
i patiēdo aliqd dicit̄, qđ enī cedit molle eſt. ¶ At vero abſurdū ⁊ ſi nihil ineſt niſi ſola figu- Tex.c.68.
ra, ⁊ ſi ineſt vna aūt ſola, vt hęc qdē dura, illa vero calida: neq; enī vna aliqua fuerit ipſorꝝ natura. ſimilr aūt impoſſe ⁊ ſi plures vna: indiuiſibilis enī exiſtens in eodē habebit paſſiones, quare ⁊ ſi patiatur ſiquidē infrigidatur, ſic ⁊ aliud quid aget, aut etiā patietur.

¶ Neceſſe eſt inquit ſupponentes atomos impaſſibiles Com.118.
ipſas ſupponere. nā ex quo pati nō alr fieri dicunt ꝗ; ꝑ vacuū, vacuū aūt nō eſt i atomis, ergo nec paſſio aliq. ſ; ſi impaſſibiles ſunt atomi, igit̄ nec i ſeipſas agēt: quā.n. nō hūt paſſionē, nec alijs, nec ſibi ipſis oino tradiderīt. ſi aūt nō egerint in aliqd, nullū erit agens neq; patiens, qđ eſt abſurdū, ⁊ ipſi euidētię repugnans. quare nullum erit neq; durū ex molli, nec calidū ex frigido, neq; aliorū huiuſmōi nullū. quꝫ ipſi ſuis ſibi ſermonib⁹ aduerſant̄. dicūt enī ſphęricas ex atomis calidas eē. ⁊ adhuc excedētes atomoꝝ grauiores eē, q̄re inqt ſi maiores atomi grauiores ſunt, manifeſtū ꝙ ⁊ maiores ſphęricę calidiores erūt. calidiores itaq; ⁊ grauiores exiſtēs quo pacto i ſeipſas nō poterunt ⁊ agere ⁊ pati, qđ eſt enī remiſſe calidū patit̄ ab intenſe calido, q̄re rurſus agēt ⁊ patientur abinuicē. abſurdū aūt ⁊ ſphęricas calidas qdem dicere, nō aūt reddere ⁊ ꝯtrium calido ſm frigidū alicui alteri figurę. abſurdū quoq; eſt caliditatē qdē ⁊ grauitatē ineſſe atomis, ꝯtra vero hīs, ⁊ ſimplr alias paſſiones, nō dicere ineſſe. ſi enī inqt ineſſe atomis durū, cur non inerit molle. ſi aūt inerit, molle aūt qđ cedit, cedere aūt eſt pati aliqd, nō igit̄ impaſſibilia ſunt ēt ſm hoc. ¶ at vero abſurdū eſt ēt ſi nihil inſit ꝑter ſolā figuram. ꝯpꝫ aūt nos exponere ex diuiſione, q̄cūq; poterāt ineſſe atomis, vt quū hęc ꝯſutauerimus, oſtdamus nullo prius mō poſſe ꝯſtare atomoꝝ ſuppōnē. ipſe qdē Phus nō ꝑfecte ola enumerat diuiſionis ſegmēta. nos vero ipſam ꝑfecte exponemus. neceē igit̄ eſt atomos, aut nullā hēc paſſionē, aut hēc. ⁊ ſi hēc, aut vnā ipſaꝝ ſingulā hēc, aut plures ſingulas. aut plures vnā, aut plures plures. in membro aūt ſupponēte plures ꝯprehēdat̄ ⁊ oēs. ſi igit̄ nullā habeāt

paſſionē,neq̄ʒ vtiq̄ʒ q̄ ex ipſis ↄſtant/aliquā habuerint
paſſionē.quo pacto entiʒ qđ non hñt his q̄ ex his ipſis
ↄſtāt dederint. ſi ꝟo nullā habebūt paſſionē q̄ ex ipſis
ↄſtāt,auferētur ſenſus ⁊ ſenſibilia:ſenſus eni in patiēdo
aliqđ a ſenſibilib⁹ dī.hę aūt ſunt ipſę paſſiones.q̄re nul
lū erit nā ſenſibile,ſenſibili aūt nō exiſtēte, neq̄ʒ ſenſus
erit.hęc eni ſunt eoꝝ q̄ ſunt ad aliqđ:ꝙ aūt in habitudi
ne ad ſenſus ſenſibilia habeāt eſſe, ⁊ Plato in Thęte
to demōſtrauit,⁊ ipſe multis ī locis Ariſto. q̄re accidet
auferri penitus ſen^le ⁊ ſenſum. impoſe eſt ḡ nullā ipſas
hīe paſſionē:ſi ꝟo habeāt,vnā aūt habeat ſingulas,dico
aūt vnā hīe vnāquāq̄ʒ,vt nulla eandē alteri habeat,ſed
vnaqueq̄ʒ ꝓpriā p̄ter reliq̄s. ſi ergo vnā vnaqueq̄ʒ ha
beat paſſionē,nō erīt eiuſdē nāę.ſi eni nō eſt nata altera
alterius ſuſcipe paſſionē,nō igit̄ ſunt vnius nāę,cuʒ tñ
ꝟ dicāt.ſi aūt nō fuerint eiuſdē nāę,neq̄ʒ agēt adinuicē
neq̄ʒ patieꝫ:q̄re auferet̄ ꝑ hoc/agere ⁊ pati:⁊ fruſtra in
erūt illius paſſiones,cū nihil agāt inter ſe aut patiātur.
nihil aūt fruſtra a nā fit.non igitur eſt poſe vnāquāq̄ʒ
vnā hīe paſſionē.⁋Si aūt vnaqueq̄ʒ plures habeat,di
co aūt plures hīe vnāquamq̄ʒ, vt ſi mille ſint atomi. vt
ꝟ.g.habeat vnaqueq̄ʒ ipſaꝝ q̄nq̄ʒ aliq̄s paſſiones non
eaſdē tñ reliquaꝝ nullā,ſed vnāquāq̄ʒ acerruū quēdam
appropriatū hīe paſſionū. ſi igit̄ ſic vnaqueq̄ʒ plures
habeat,interrogabo qūo hʒ has ⁊ ꝑ quā rōnem.aut ſm
partiū cōpoſitionē,aut vt ſpēm in mā. dico aūt ſm cō
poſitionē partiū,nō vt ſm actū ex partibus diuiſis ↄſtā
te atomo,ſʒ q̄ꝛ ꝓꝑ taliū ſm intellm ſumptaꝝ partiū cō
ſonantiā,paſſiones ī vnaquaq̄ʒ inſunt.ſi ergo ꝓꝑ partiū
cōpoſitionem inſunt illis paſſiones,accidet idē q̄tenus
agit eatenus pati:vt ſi habeat atomus ⁊ caliditatē ⁊ hu
miditatē,agit aūt ſm caliditatē,⁊ patiꝫ ſm humiditatē:
q̄ꝛ q̄tenus hūida ſunt,eaten⁹ ſunt ⁊ calida:patiens igit̄
ſm hūiditatē patieꝫ ⁊ ſm caliditatē.quaꝓꝑ agens ſʒ hu
miditatē patieꝫ ſʒ caliditatē, qđ caret rōne, calefaciens
eni calefiet qua calefacit caliditate.nō igit̄ ſm partiū cō
poſitionē habebit paſſiones.⁋Eadeʒ quoq̄ʒ abſurda
ſeq̄ videbunꝫ,his ꝑ tēperamētoꝝ effectus formas dīt
eē,q̄les ſunt medici.⁊ his ꝑ nō quidē tēperamentoꝝ il
las eē effectus dīt,ſʒ ad aptitudinē tēperamēti extrinſe
cus,⁊ vlī opificio ſupuenire formas, vt ⁊ verus hʒ ſer
mo.nā ſiue mixtionū effectus ſint formę,q̄ꝛ ad talē cō
menſurationē primę mixtionis ſiccoꝝ.vʒ.⁊ humidoꝝ/
calidoꝝ/⁊ frigidoꝝ,plures ſequunꝫ q̄litates.nā ⁊ hmōi
color ⁊ ſapor/⁊ mollities aut durities/⁊ ſimilia. mani^m
igit̄ ꝙ ſm verā rōnem ⁊ dulce erit ⁊ rubrū,⁊ humidū ⁊
calidū,⁊ reliq̄.q̄re ſi ſm eandē rōnem oīa erit: patiētia
igit̄ ſm vnā patienꝫ ⁊ ſm reliquā.q̄re ſi agit q̄dē ſʒ ali
q̄d,patiꝫ aūt ſʒ aliud:ſʒ idē igit̄ ſm qđ agēt ēt patienꝫ:
nā ſm eādē rōnem ſunt vtraq̄ʒ.ſi aūt nō ſūt effect⁹ tēpe
ramētoꝝ ipſę formę,ſʒ ab extrinſeco ſequunꝫ aptitudi
nē tēperamēti:mani^m ꝙ ſm eādē rurſus aptitudinē eſt,
ꝙ diuerſę ſupueniāt paſſiones. ſi aūt ſm eādē aptitudi
nis rōneʒ ſupueniūt diuerſę paſſiōes,idē rurſus ſequeꝫ
abſurdū.ſi hac q̄dē agit,illa ꝟo patiꝫ,qua.n.rurſus agit
hac ipſa ēt patieꝫ:q̄re idē ēt vero ſermoni ſequutū ē ab
ſurdū.⁋Inq̄ſitione ḡ dignū eſt ⁊ ꝟ ipm ſm ſe theore
ma,an ab eodē tēperamēto diuerſę formę ꝑficianꝫ, aut
ſaltē vt verior hʒ ſermo,ſupueniāt ad eādē aptitudineʒ
diuerſę ideę.ꝙ eni nō ſimplr̄ tēperamento ꝝ effect⁹ ſint
ipſę formę,mani^m ē.ſit eni calidū ⁊ frigidū pmi tēpera
mēti effect⁹,aut ſiccū ⁊ hūidū,aut graue ⁊ leue,ſʒ vñ erit
graue olēs ⁊ bñ olēs.⁊ hoꝝ īfinite dīę:vñ ſapoꝝ multi
tudines ⁊ coloꝝ:ipſęq̄ʒ ſubales formę carnis,inq̄ offis
⁊ īfinitaꝝ formaꝝ.⁊ ſi ſʒ eādē rōnē p⁹ tēpamēti diuerſę

perficiunꝫ in his quę ſimiliū ſunt partiuʒ formę,vt dul
ce flauū lentū in melle.cur non patiētē vno ēt alterū pa
tiatur:patiꝫ enim color.ꝟ.g.mellis ⁊ ex flauo album fit,
dulcedo ꝟo exēpli cā nihil eſt paſſa. clarū aūt eſt. ſi nō
eſſet ꝑmutata mellis tēperies,color vtiq̄ʒ nō eſſet ꝑmu
tatus.quo igit̄ pacto mutatus eſt ſimul color,ſapor ꝟo
nō:cum tñ oportebat ambo ſimul pati patiēte tꝑamen
to.q̄ꝛ ſm eandē cōſtituerunt tꝑamenti rationē. ⁊ millia
eſt eiuſmodi exēpla inuenire,ſi aūt in aliq̄bus vna mu
tātur qualitates vt in vino decocto. e.o.ſ. qđ coctum,aut
ſapa vocaꝫ:hoc enim in decoctione cuʒ ſapore ēt colo
rē ſimul mutat. ſaltē in quibus non hoc contingit,inq̄ſi
tione dignū eſt,⁊ dubitationē non facile ſolubilē habꝫ
theorema. ⁋Quid igitur ad hęc, dicimus: vnaqueq̄ʒ
qualitas in latitudine quadā cōſideraꝫ.⁊ non eſt indiui
ſibilis eius ſubā. nam ⁊ albedo latitudinē hʒ , non eniʒ
q̄ꝑprimuʒ aliquid exijt ab albo ſūme,iam ex oīno albo
exijt.ſilr̄ aūt ⁊ dulcedo in latitudine conſideraꝫ .magna
eniʒ eſt dulciū latitudo,ſilr̄ ⁊ in oībus ſe hʒ. ſi ergo lati
tudinē hūt qualitates,clarū ꝙ ⁊ tꝑamētoꝝ aptitudines
ad quas nate ſunt ſequi ſuperuenireq̄ʒ,latitudineʒ habe
būt.eſt tñ quedā extrema tꝑamenti rō in qua nō vlteri⁹
innata eſt fieri vnaqueq̄ʒ , ſed ſtatiʒ in illo tꝑamenti in
diuiſibili vniuerſa qualitatis nā eſt alterata. ꝟ. g. vt in
exēplo examinem ſermonē, ſint puta deceʒ calidi par
tes,⁊ frigidi partes,⁊ ſicci ⁊ humidi,in ipſo extremo,dul
cedinis forma ſuperuenire innata eſt,ſeu ingigni,ſi igit̄
diminuta fuerit alterius oppōnis vna particula , nō ſic
quidē erit dulce,nō tñ penitus nō dulce,ſed minus dul
ce.ſi tñ q̄nque particule fuerint diminute (ſit eniʒ vt ad
hanc vſq̄ʒ ſeruetur dulcedo) ꝓculdubio prorſus abibit
forma.cū igit̄ in eodē tꝑamento diuerſe fuerint qualita
tes,non oīno oēs ſm ęqualē inter ſe rōnē ingignuntur.
ſed dulcedo q̄dē.ꝟ.g. ſm perfectā ſpeciem ingigniꝫ. al
bū ꝟo/aut flauū/aut lētum nō ſm perfectā ipſius rōnē,
ſed multotiens ſm diminutā.ꝓꝑ hoc parū euerſo tēpe
ramento,dulcedo quidē non vniuerſa euerſa eſt,color
ꝟo ſępe conuerſus eſt totus,cum ꝓximū ſit qđ ex prin
cipio tꝑamentū,proximo ⁊ indiuiſibili,ſm qđ non am
plius natus eſt hmōi color fieri.ꝙ enim ēt ſi parū euer
ſum ſit primū tēperamētū,nulla qualitas vt ſe habebat
a p̄n⁹ manet impermutabilis , manifeſtū eſt.neq̄ʒ enim
mellis dulcedo cuʒ ex decoctione aut tritione,cōpacta
fuerit,eadē manet,neq̄ʒ color vini cum acidū euaſerit.
ſed vt ad ſenſuʒ , ⁊ vt in latitudine idem vī manere,ſed
q̄a cū ſiccius fiat mel ex decoctione/aut tritione,dulce
do q̄deʒ vt in latitudine tꝑamenti adhuc nata eſt mane
re,non ꝓprie eadem exiſtens/neq̄ʒ penitus mutata eſt.
eſt igit̄ in melle ēt interceptū ſpiritū coloris albi cauſaʒ
dicere,⁊ non ſimplr̄ nāę nigri ipſum eſſe dicere. ſed q̄a
in aceto manifeſtiſſime ⁊ alijs quibuſdā,color quidem
vt in latitudine manet,ſapor ꝟo minime,ꝓꝑ hoc nec in
melle contēdemus.hęc igitur de hac q̄ōne,ꝙ.ſ. non cō
patiunꝫ adinuicē qualitates,quę ſm eandē rōnē primi
tēperamēti ſunt generatę:ſʒ redeamus ad id qđ diceba
mus a principio. ⁋Si igit̄ ſm partiū compoſitionē di
uerſę ſunt paſſiones,in vnaquaq̄ʒ atomo, idem ſm idē
aget ⁊ patieꝫ.⁋Si ꝟo q̄s dixerit ꝙ non ex partiū com
poſitione ſimplr̄ inſunt atomo paſſiones,ita vt ſm eā
dem rōnem oēs,⁊ agant ⁊ patianꝫ,ſed q̄ꝛ diuerſas totū
atomū accidit hīe eo ꝙ vnaqueq̄ʒ pars propriā aliquā
habeat paſſionē.dicemus quidem primo de vnaquaq̄ʒ
partiū eandē rōnē, quā dicebamus in ſuppōne dicente
vnaʒ vnaquāq̄ʒ paſſionē hīe.poſtea ſi alie partes alias
hūt paſſiōes.vʒ.q̄ꝛ vnaqueq̄ʒ partiū alterius eſt naturę

ſi quidem

ſi quidem non omnis nata eſt alterius partis paſſiones recipere, ſi enim nata eſt, aut quãqꝫ recipiet, ⁊ tranſmutabit, ⁊ ita non erũt intranſmutabiles, aut ſi non recipiet fruſtra habebit potentiã. ſi aũt alterius ſunt nature partes qđ eſt qđ cõiungit, ⁊ quõ que oĩno ſeparata ſunt iuncta ſunt, ⁊ non amplius erunt atomi ſimilariũ partium. nec prima principia, ſed illa ex quibus hec cõponuntur, ſed neqꝫ ꝓprie atomi fuerint, ſi in ea ex quibus cõſtãt, diuiderentur. ❡ Si autẽ vt forma in mã noſtrã rõnem dicent ⁊ veram. cõmuni igitur ſubiecta atomorum ſubſtãtia, receptiua erit vnaqueqꝫ paſſionũ que in alijs atomis ſunt. quare ⁊ agent ⁊ patient̃ a ſe mutuo. oſtenſum enim eſt, que cões habẽt mãm paſſiua eſſe actiuaqꝫ inter ſe, hñtia ꝯtrias paſſiones, quapꝑ ſiqdem oẽs atomi altera ꝯtrioꝝ ſola hẽbũt, mutila erit nã ⁊ fruſtra erũt. ſi autẽ in eadẽ ſunt ꝯtria, abſurdũ eſt ſimul eſſe ꝯtria. ſi autem oppoſitiones ꝯtriaꝝ paſſionuꝫ partite ſunt, cõi exiſtẽte ſubiecto, impoſſibile eſt nõ agere ⁊ pati ad ſeinuicem. hoc enim ꝯtrioꝝ natura cognoſcit̃. ❡ Si autẽ plures atomi vnã habeant paſſionẽ, dicit autẽ plures vnã habere paſſionẽ. hoc eſt / aut oẽs vnã / aut ſm portioneꝫ vnã, vt decẽ quidẽ album, alias ꝟo decẽ nigrũ. ſi quidẽ primũ oporteret oia que ex ipſis conſtãt eiuſdẽ eſſe nature, ⁊ nullã eſſe drĩaꝫ. nunc aũt infinite ſunt, q̃ proprie ſunt ſm qualitatẽ, ſi autẽ ſcõm, ſiquidẽ in albus portionibus altera ſoluꝫ inſunt ꝯtrioꝝ, mutila fiet natura rurſus, ⁊ auferret̃ actio ⁊ paſſio. agunt enim ⁊ patiunt̃ ꝯtraria. ſi aũt diſtributas habẽt atomi ꝯtrias paſſiones, cõi. vꝫ. exiſtẽte ſubiecto, agent ⁊ patientur, ⁊ ad ſe inuicem tranſmutabũtur. aut fruſtra erunt ꝯtria, cum non agant adinuicẽ ⁊ patiant̃. ❡ Si aũt plures plures habeant, dico aũt plures plures / aut oẽs oẽs / aut rurſus ſm portionem partiũ. vt decẽ quidẽ habeant decẽ paſſiones, alie ꝟo decẽ alias, rurſus cõiter in vtriſqꝫ dicemus, ſi quidẽ vtraqꝫ habebunt ꝯtria eadẽ, abſurdũ eſt ſimul ⁊ ſm idẽ eſſe ꝯtria. ſi aũt altera ꝯtrioꝝ, oẽs, mutila fiet rurſus nã, ſeorſum ꝟo ⁊ proprie in primo quidẽ ꝙ oporteret oia eiuſdẽ eſſe ſubſtãtie, in ſcđo ꝟo dicemus ea q̃ dicta ſũt in ſuppoſitione dicẽte, in vnaquaqꝫ plures eſſe. idẽ enĩꝫ ẽt in his ꝯgruet. ⁊ rurſus que in ſuppõne dicente, in pluribus vnaꝫ. Q̃m aũt ⁊ ipſa figura qualitas eſt, abſurdũ inquit hoc ſolũ ipſis aſſignare que enim diſtributio eſt, hanc quidẽ qualitatis ineſſe ſpẽm, alterã ꝟo non. quũ aũt dixit ꝙ abſurdũ ſequit̃ ad ſuppoſitionẽ dicẽtẽ, nullam habere paſſionẽ ipſa atoma, tamẽ abſurduꝫ, veluti manifeſtiſſimũ, nos autẽ ipſum diximus. deinde ſcõm mẽbruꝫ exponit dicẽs vnicuiqꝫ atomo vnã ineſſe qualitatẽ que nõ alteri ineſt, abſurdũ aũt eſt nõ vnius eiuſdẽ ipſas eſſe nature. ſed neqꝫ plures paſſiones habere vnãquãqꝫ atomũ eſt impoſſibile. Ad hec vſqꝫ diuiſioneꝫ exponens reliqua mẽbra ꝑtermiſit, que ſupra nos expoſuimus. [indiuiſibile enĩꝫ in eodẽ habebit paſſiones,] ſi ſic percipiamus ipſum dicere indiuiſibile, vt qđ nõ eſt natũ diuidi, videbit̃ non rõnabil'r inducere q̃ ſequunt̃, neqꝫ enĩꝫ ſi non eſt natuꝫ diuidi, iam in eodem erunt paſſiones. poſſibile enĩꝫ eſt aliã in alia parte eſſe. ſed indiuiſibile ſm potentiã, neqꝫ enim rõnabile eſt in alia parte aliã potentiã ſupponere. neqꝫ enĩꝫ hoc dicebant, qui atomos ſupponebant, ⁊ ſi qs dixerit non ſeruabit vlterius atomorum cõceptũ ⁊ ſuppoſitionẽ. neqꝫ enim vlterius fuerint ꝑ̃cipia prima. ſed illa partes dico, ex quibus ⁊ ipſe alijs exiſtẽtibus ſm ſubaꝫ cõſtant. altera aũt ſunt ſm ſubſtãtiã q̃cũqꝫ potẽtia, altera participauerint, neqꝫ ꝓprie vlterius fuerint atomi, diuidunt̃ enim diuerſis potẽtijs quãuis non loco. qm̃ igit̃ oportet atomos ẽt ſm potẽtiã atomos eſſe, accidet ſm eam potentiam plures habere paſſiones, quare vna patiente neceſſe eſt ⁊ reliquas ſimul pati. ⁊ ſi habeant, actiuas paſſiuaſqꝫ eſſe, quoniam ſm eandem ambo inſunt potentiam, quatenus agẽt eatenus ⁊ patientur, ⁊ ſm idem. vt diximus ſuperius.

❡ Eodem quoqꝫ modo ⁊ in alijs paſſioni- Tex. c. 69.
bus. hoc enim ⁊ ſolida ⁊ plana dicentibus indiuiſibilia accidit hoc eodem modo, neqꝫ enim rariora, neqꝫ denſiora poſſibile eſt generari, vacuo nõ exiſtẽte in indiuiſibilibus.

❡ Q̃m vt in frigiditate ſermonẽ exercuit dicit ꝙ ſimile Com. 119.
vtiqꝫ ſe habuerit ⁊ in reliqs qualitatibus. agẽtia enĩ ſm caliditatẽ agent ẽt ſm raritatẽ, ſi rarũ ſit ⁊ patit̃ ſm humiditatẽ, cũ ſit calidũ ⁊ agat ſm calidũ, patit̃ ſimul ſꝫ idem. nam ſm idẽ eſt humidũ ⁊ calidũ. cum aũt ſuppoſuit ꝙ ſi hñt paſſiones atomi / aut vnã habebũt / aut multas, ⁊ deſtruxit vtrũqꝫ, ꝙ. ſ. neqꝫ vnam poſſibile eſt eas habere neqꝫ multas, vt ꝓculdubio cõcludat̃ nullaꝫ ipſas hẽre paſſioneꝫ, intulit ꝙ hoc ipſum nõ ſolum ſeqtur ad eos qui ſolida indiuiſibilia ſupponũt, ſed ẽt ad eos qui plana. hoc eſt non poſſe vnã habere paſſionẽ neqꝫ plures, deinde hoc aſtruens intulit [neqꝫ enim rariora, neqꝫ dẽſiora,] rarũ enim ⁊ denſum vacui implicatione fieri dicebant Democritici, rariora ſiquidẽ eſſe q̃ pluri vacuo ꝑticipant. denſiora ꝟo que minori. ſi igit̃ in atomis non eſt vacuũ, neqꝫ igit̃ rariora neqꝫ denſiora fuerint. hoc autẽ intulit, nõ vt huius ablatione, co ablatis ⁊ alijs paſſionibus, nõ enim ſi nõ ſint rariores / aut dẽſiores, neqꝫ aliquã aliam habuerint paſſionẽ, ſed iam quidem nõ poſſe paſſioneꝫ ipſas hẽre, cõiter ſuſtulit. ⁊ vt in aliqbus ſeorſum paſſionibus hoc examinãs intulit, qui ꝟo ſuperficies dicebãt vacuũ quideꝫ non eſſe dicebãt, fortaſſe aũt ⁊ illi rarius ⁊ dẽſius dicebãt fieri, eo ꝙ plures pauciore ſue haberent meatus. preterea quoqꝫ ipſe alibi de his dixit, ꝙ paſſionẽ neqꝫ conantur generare. aut igit̃ hoc ſignificat illud. hoc enĩꝫ ⁊ ſolida ⁊ plana dicẽtibus accidit eodeꝫ modo. ſ. nullam poſſe hẽre paſſionẽ. aut ꝙ plures hñtia paſſiones qm̃ ſm eandẽ rationẽ ipſas hñt, indiuiſibilia exiſtentia ſm potentiã, vt dictũ eſt, ſm vnũ ⁊ ideꝫ ſimul accidet ipſa ⁊ agere ⁊ pati. que enim diximus ⁊ in ſolidis atomis, hoc dicemus ⁊ in ſuperficiebus. verba ꝟo illa que ſequunt̃. ſ. neqꝫ rariora neqꝫ dẽſiora poſſibile eſt fieri vacuo non exiſtẽte in indiuiſibilibus, ad ſecundã expoſitionẽ, ita ſunt intelligenda. qm̃ enĩꝫ, per id qđ eſt ſm vnã ⁊ eandẽ rõnẽ eſſe in atomis plures paſſiones, ita ſuſtulit id qđ ẽ, oĩno habere ipſas ſimul plures paſſiones, potuiſſet aũt aliquis dicere qđ ⁊ nos prius dubitauimus, ꝙ nõ neceſſe eſt ſꝫ vnaꝫ ⁊ eandẽ rõnem eſſe, ſed in altera parte altera paſſionuꝫ eſt, ꝓp hoc intulit illud ꝓp hoc / neqꝫ rariora / neqꝫ denſiora poſſibile eſt eſſe, ſi enim ſm eoꝝ ſuppoſitiones, rarũ ⁊ denſum fit vacui interplexione, vacuuꝫ ꝟo non eſt in atomis, manifeſtũ ꝙ neqꝫ rariora ipſa etiaꝫ neqꝫ denſiora poſſibile eſt, neqꝫ alijs, neqꝫ ipſa ſeipſis, alijs ⁊ alijs partibus. quare vna ⁊ eadẽ erit ipſoꝝ ratio ⁊ vna potẽtia. ſi enĩꝫ ſimilaris eſt ſibi ipſi atomus, ⁊ nullam habens drĩaꝫ manifeſtũ eſt ꝙ vna eſt cõpoſitionis partiuꝫ eius ratio. ⁊ vna ⁊ eadẽ cuiuſqꝫ potentia. quare non eſt poſſibile ſm aliam quidẽ partem eſſe calidum, ſm aliam ꝟo aliud quid.

❡ Amplius aũt abſurdũ ⁊ parua quidẽ indi- Tex. c. 70.
uiſibilia eſſe, magna ꝟo minime. nunc enim

rõnabiliter maiora frangunt magis q̃ parua: hęc enim diſſoluũtur facilius. ſ. magna, offendunt eniꝫ multis: hęc aũt indiuiſibilia oino, pp qd magis iſunt magnis q̃ paruis.

Com. 120. ℂ Altera argumentatio ſi nã inquit ſunt atoma indiuiſibilia, ⁊ non pp paruitaté, ſic eni non eſſent nã atoma, nam ⁊ qui atoma nõ ſupponũt, nõ in infinitũ diuidũt, ſed ſiſtunt diuiſioné pp paruitatem, non tñ natura ipſa indiuiſibilia dicũt, ſed ſm potentiã in infinitũ diuiſibilia. ſi ergo nã indiuiſibilia atoma ſupponunt, extraneũ vtiqꝫ ⁊ alienum fuerit, ſupponere parua quideꝫ non diuidi, magna vo diuidi. cur enim pp aliquam rõné ineſt paruis indiuiſibilitas, magnis vo non. nos enim rõnabilr diuiſibiliora magna corpora paruis eſſe dicimus, qm nã diuiſibilia oia in infinitũ ſupponimus. diuiſibilibus ergo exñtibus, accidit magna magis eſſe diuiſibilia, qꝛ magis offendunt diuidentia ipſa, parua vo effugiunt pp paruitaté ipſum diuidẽs ⁊ labunt, his vo qui indiuiſibilia natura dñt non, licet indiuiſibile enim natura ſimiliter eſt, ⁊ in maiori ⁊ in minori.

Tex. c. 71. ℂ Amplius aũt vtrum vna omniũ natura illoꝝ ſolidorũ, aut differunt altera ab alteris: quẽadmodum ſi hęc quidem fuerint ignea, illa vere mole, terrea, ſi eniꝫ vna eſt omniuꝫ natura, quid eſt qđ ſeparauit, aut pp qđ non fiunt cuꝫ ſe tetigerint vnũ, veluti aqua aquã cum tetigerit: nihil enim differt poſterius a priori. ſi vo diuerſa qualia hęc. ⁊ planuꝫ ꝙ hęc ponendũ principia. ⁊ cauſas coruꝫ quę

Tex. c. 72. accidunt, magis q̃ figuras. ℂ Amplius autem natura differentia, ⁊ ſi egerint, ⁊ paſſa fuerint tangentia adinuicem.

Com. 121. ℂ Altera argumentatio neceſſe eſt ingt, aut omnes eſſe vnius ⁊ eiuſdẽ naturę, aut alias alterius. ſi igr vnaꝫ habeãt oia ⁊ eandem nãm, quẽadmodũ. v.g. indifferẽtes aquę aut glebę, qd eſt ſeparationis ipſoruꝫ ⁊ diuiſionis cã, aut pp quid rurſus tãgentia ſe nõ cõiungũtur ⁊ vniũtur, veluti quũ aqua aquã tetigerit, aut ignis igné. oportebat enim cuꝫ vnius eſſent ⁊ eiuſdẽ naturę, poſſe adinuicé cõiungi. ſi aũt quis dixerit ꝙ pp duritié non iungãtur, veluti nec teſta fracta poſſibile eſt vlterius ptes cõiungi. primũ qdeꝫ quę nã ſit cã ſeparationis ⁊ diuiſionis, quẽadmodũ ⁊ iaꝫ dictũ eſt, quęrendũ eſt: deinde ſi ſic ſunt eiuſdeꝫ naturę oia, nõ oporteret in cõpoſitione diuerſas naturas facere pter ipſas fortaſſe figuras. quẽadmodũ ⁊ aceruus lapidũ aut teſtarũ naturã quideꝫ alteram nõ fecit, ſed ſolã aceruí figuram diuerſam. nõ igitur poſſibile eſt eiuſdẽ eſſe naturę. manifeſtũ eſt ergo ꝙ qualitate ⁊ nõ ſola figura differũt, qꝛ vtiqꝫ non fuerunt rerũ principia, ſed his alia magis rõneꝫ principij hñtia ipſę ſ. qualitates, quibus hęc ⁊ ſunt ⁊ diuidunt. illud vo [vt ſi hęc quidẽ eſſent ignea.] hoc eſt ſi hęc quidem habeant molé ⁊ corporeitaté igneã. poſterior auteꝫ inquit aqua hoc eſt ⁊ pori adueniẽs ⁊ vnita, nihil ab ipſa priori differt tñ ⁊ vnita eſt ei. ſi aũt ſunt altera, qualia hęc. q̃dã exẽplaria hñt, quãta hęc. quędaꝫ vo qualia hęc, ſiquidẽ habeat quãta hęc, vult dicere quot nãꝝ pprietates, ſi aũt dicat qualia hęc, hoc eſt, ſm quę differunt qualitates vtiqꝫ fuerint. quare hę erunt corpoꝝ principia nõ ipſa atoma. qm autẽ quę oino ſunt ſimilia oſtenſum eſt neqꝫ agere adinuicẽ, neqꝫ pati, ſed ea quę partim quidẽ ſimilia ſunt, partim vo diſſimilia, neceſſe eſt omnino ſi atomi ſunt diuerſę naturę, eiuſmodi eẽ ipſas. nã ⁊ ſubiectum eis vnũ ⁊ idẽ eſt, vnde ẽt habent atomi ꝙ ſint. ⁊ qualitas eſt differẽs. talia aũt exiſtentia in tactu ⁊ agent ⁊ patientur abinuicem.

ℂ Amplius autẽ quid eſt qđ mouet. ſi enim alterũ, paſſiua. ſi vo ipſum ſeipſum vnumquodqꝫ, aut diuiſibile erit ſm aliud quidem mouens, ſm aliud vo motum. aut ſm ideꝫ contraria inerunt. Tex. c. 73.

ℂ Et materia non ſolum numero erit vna, ſed etiam potentia. Tex. c. 74

ℂ Altera argumẽtatio quę inquit eſt cã motus ipſis atomis: moueri eniꝫ ipſas ſemper, dñt. ſi igr alteruꝫ eſt ipſas mouens, nõ erunt amplius impaſſibiles. manifeſtũ eniꝫ eſt eo ꝙ agat illud in ipſas, hę vo ab illo patiãtur, ſic mouent. ſi auteꝫ vnaquęqꝫ ſeipſam mouet, aut parte quideꝫ mouet, parte aũt mouet, aut tota ſeipſam ⁊ mouet ⁊ mouet. ſi quidẽ primũ non erit amplius indiuiſibilis, neqꝫ eadẽ ⁊ ſimilariũ partiũ. diuidit enim in mouens ⁊ motũ. ſi aũt tota ⁊ mouet ⁊ mouet erunt ꝯria in eodẽ. eſt enim ꝯtrariuꝫ agens patienti. ⁊ ſi quidẽ omnino inquit eadẽ atomus ⁊ mouet ⁊ mouet, erit non ſolũ numero vna ſed etiã potẽtia. nos enim dicimus magis quidẽ numero vnaꝫ potẽtia vo non vnã, ſed multa, eſt enim oppoſita potẽtia cum in vtrũqꝫ ipſoꝝ poſſit trãſmutari ſucceſſiue. ſi aũt impaſſibilis exiſtens ⁊ mouet ⁊ mouet eadẽ, ſimul vnũ ⁊ idem erit poſſe mouere ⁊ poſſe moueri. ſilr ⁊ in cõtrarijs. ꝯria eni ⁊ actiua ſunt ⁊ paſſiua. ⁊ agens quidẽ mouet, patiens vo mouet, eadẽ igitur ſimul contrarioꝝ habebit poteſtates. ſi quidem ſm vnum ⁊ idem, ⁊ mouet ⁊ mouet. igitur eadem erit poteſtas ſm quaꝫ ⁊ mouet ⁊ mouetur, ⁊ agit ⁊ patit. hoc eſt ſm quam calefacit ⁊ caleſit. frigefacit ⁊ frigeſit, quare ⁊ ſimul erunt cõtraria. ſed hoc fieri nequit. Com. 122.

ℂ Quicũqꝫ igitur per meatuũ motum aiunt paſſiones accidere, ſiquideꝫ ⁊ repletis meatibus, ſuperfluũt meatus. nãqꝫ ſi ab hoc patitur vniuerſuꝫ, ⁊ ſi non habeat meatus, ſed ipſum continuũ exiſtens patitur eodẽ mõ. Tex. c. 75.

ℂ Quũ expoſuit modos quibus antiquiores dicebant fieri actioné ⁊ paſſioneꝫ ſeu agere ⁊ pati, quũqꝫ deinde ſuſcepit magis ſuppoſitiones Democriticoꝝ, veluti cõcordes magis apparẽtibus, ⁊ quę valeãt his q̃ a nã ſunt eſſe ꝯſequentes. hę aũt ſunt atomos ⁊ vacuũ ſupponentes. deinde hinc motus ad cõfutationem ſuppoſitionis atomoꝝ, redit deinceps ad ppoſitum, hoc vero erat, redarguere opiniones antiquoꝝ, quib' ipſum agere ⁊ pati dicebant fieri. erant aũt ⁊ illa quę per meatus hoc dicebat fieri, cui Empedocles pęgerat, ⁊ quę per vacuũ vt Democritici ⁊ Leucipei putabãt. ꝙ igitur non per meatus fiat ipſuꝫ agere ⁊ pati ſic oſtẽdit. ſcimus autẽ ꝙ qui meatus ſupponũt, hos non vacuos eſſe dicebant. ſꝫ plenos tenuiori quodã corpore. veluti aere. hoc eniꝫ diſtabant ab his qui vacuũ ſupponebãt. ipſum igitur agens, ſi quidẽ extrinſece tãgens ꝯtinens meatus corpus, vt ipſuꝫ labiũ, ſm qđ meatus ſic agit, ſuperfluus eſt meatus. ſi enim oino extrinſece tãgens egit, procuidubio etiã ſi meatus nõ habuiſſet, tactu egiſſet. ſi aũt eo ꝙ ingrediatur meatus ita agit, aut expellit corpus qđ eſt in meatibus, aut nõ expellit, aut agit in appoſita intus corpora, ⁊ ꝯtinentia meatus, aut nihil agit, ſi igr nihil agit, nihil ergo ad agendũ, aut patiẽduꝫ meatus cõtulerunt. ſi aũt Com. 123.

egit, vtrū per aliquos meatus, ⁊ ibi aut ſolum tangēs. ſi igitur ꝑ aliquos meatus rurſus ⁊ de illis eadē dicemus. ⁊ hoc in infinitū quare accidet totū meatū eſſe. ſi autem in interiora ⁊ cōtinētia meatus corpora egit, nō ꝑ meatus, ſed ſolū tangētia, ēt ſi meatus non ſint, tāgentia hęc quidē agent, illa vo patienť. ⁊ nulla erit meatuū indigētia ad agendū ⁊ patiendū: ſic quidē interimat, ꝙ non ꝑ meatus fiat ipſum agere ⁊ pati. ꝙ aūt non per vacuū ipſe quidē nō addidit, aut vt qui deſtruxit, ſuppoſitiones hoc dicentiū. nam ⁊ ꝙ vacuū oīno eſſe nō cōtingit oſtē ſuz eſt in phyſica. ⁊ ꝙ atomi non ſunt ⁊ in alijs ⁊ hic cōfutauit, aut ꝙ ⁊ magis dicēdū eſt, q̄ quęcūqꝫ dicta ſunt de meatibus, hęc ⁊ de vacui ſuppoſitione impmutabiliter cōgruet dici. ſine enim tangēs extrinſece corpora vacuum cōtinētia, agens agit, ſuperfluit vacuū, nam etiaꝫ illo non exiſtente, egiſſet tactu, ſi aūt intus ipſum ingrediens, eadeꝫ rurſus cōgruet dicere, quę ⁊ in meatibus, ꝑ meatuū aūt motuꝫ dicit, aut hoc qđ eſt per meatuū motum ⁊ ingreſſum agētis, aut per motuꝫ qui eſt in meatibus primū fieri agere ⁊ pati. hoc eſt ꝓꝑ id ꝙ patiatur ⁊ moueať corpus ꝙ eſt in meatibus tangēte ipſo agente. quū aūt dixit illud ſi quideꝫ ⁊ plenis exiſtētibus meatibus, non reddidit huius oppoſitū. ſ. ſi autem vacuis exiſtentibus, hoc eſt ſi impellente agente qđ eſt in meatibus corpus, diximus autem nos de hoc.

Tex.c.76. ¶ Amplius autē quo modo cōtingit de ipſo ꝑſpicere accidere vt dicunt. neqꝫ enim tactibus contingit pertrāſire per perſpicua, neqꝫ per meatus, ſi plenus eſt vnuſquiſqꝫ. quid enim differet ab eo ꝙ eſt non habere meatus, omne nāqꝫ ſimiliter erit plenum.

Com.124 ¶ Ipſe redit ad oſtendēdum ꝙ neqꝫ ipſuꝫ videre ſit per hunc modū, quē dicebant hi, per meatus quoſdaꝫ pertranſeunte viſu. neceſſe eſt eniꝫ ipſos viſus aut expuliſſe corpus qđ eſt in meatibus ꝑſpicuoꝝ, ⁊ ita permeantes ꝑcipere viſibilia, aut nihil impellētes ꝑ corpus trāſire, aut per tactus ipſos ⁊ compagines duoꝝ corpoꝝ. ſ. corpus qđ eſt in meatu, ⁊ cuius eſt meatus, puta vitrum. ꝙ igiť per tactus impoſſibile ſit ꝑmeare ipſos viſus, cum ſint corpora ſm illoꝝ ſuppoſitiones manifeſtiſſimū ē. extrema enim ſe tāgentia adinuicē congruūt, ⁊ nullum locum intermediū permittūt. viſus vo corpora exiſtentes ꝑ indimēſum permeare nō ſunt nati. non igiť per tactus poſſunt viſus permeare. ob hoc ēt ipſum non pñt per corpus ꝓcedere qđ eſt in meatibus, corpus enim ꝑ corpus ꝓcederet, ꝓterea meatus ipſi fruſtra ſunt, ſi eniꝫ oīno per corpus nati ſunt viſus ꝓcedere, procederent vtiqꝫ ⁊ per ꝑſpicuoꝝ ſubſtantiā, ⁊ meatuuꝫ nulla eſſet indigētia. ſi aūt ſecantes ēt in partes, aut oīno impellentes ipſi viſus corpus qđ eſt in meatibus, ſic permeant ⁊ viſibilia cōprehendant, multa ēt abſurda ad hunc ſermonē ſequenť. primū eniꝫ nihil ſimul videre nos oporteret, ſed ſm partes, vnoquoqꝫ enim viſu particulę alicui occurrēti, quū viſus continui nō ſint non oporteret aliqđ cōtinuū videri. deinde quō videmus per aereꝫ, ſi enim ⁊ hic per aliquos meatus ſecto aere, ⁊ cedente viſibus, ex quo parietē aliquē totum, ⁊ quid dico parietē, quartā partē totam cęli ſimul cōſpicimus, neceſſe eſſet oīno intermediū locum ab oculis. ſ. vſqꝫ ad rem viſaꝫ, vacuuꝫ eſſe qđ eſt impoſſibile. ⁊ ex quo idē viſibile plures ſimul videmus, accidet ipſos viſus rurſus corpora exiſtētes per ſe inuicem progredi, qđ eſt impoſſe. ⁊ hinc itaqꝫ manifeſtū eſt corpora ex oculis non exire: ſi auteꝫ tranſit inquit per meatus plenos exiſtentes cur non ⁊ ꝑ ipſa corpora ipſoꝝ perſpicuoꝝ tranſit. nam eodē mō ⁊ meatus pleni ſunt, ⁊ qđ reliquū eſt corpoꝝ ꝑſpicuoꝝ.

¶ At vo ⁊ ſi vacua quideꝫ ſunt hęc, neceſſe autē corpora in ipſis habere, ideꝫ rurſus accidet. ſi vo tanta magnitudine, vt nullum ſuſcipiant corpus, ridiculū, paruū quideꝫ opinari vacuuꝫ, eſſe, magnuꝫ vo minime. neqꝫ quantūcūqꝫ. aut vacuuꝫ aliud quid opinari dicere, ꝓter corporis regionē. quare planuꝫ ꝙ omni corpori mole ęquale erit vacuū, omnino vo meatus facere ſuperfluū eſt. ſi eniꝫ nihil facit per tactuꝫ, neqꝫ per meatus faciet pertranſiens. ſi vo in tangendo, ⁊ non exiſtētibus meatibus, hęc quidem patienť, illa vo agent coꝝ quę ad ſe inuicem hoc pacto nata ſunt. qđ igitur ſic meatus dicere, vt quidam opinanť, aut falſum, aut vanū ſit, manifeſtuꝫ ex his eſt. diuiſibilibus autē exiſtētibus omniquaqꝫ corporibus meatus facere, ridiculū. quatenus eniꝫ diuiſibilia ſeparari pñt.

¶ Si quis inquit nō dicat meatus per quos agere ⁊ pati, aut ipm videre ſit, ſed vacua hęc dicit eſſe, plena corporibus, eadeꝫ accident quę ⁊ in meatibus accidebant, quid ergo differūt a meatibus, qm̄ meatus quidē nūqꝫ vacui nati ſunt eſſe a corpore, vacuū vo ⁊ plenuꝫ ⁊ vacuū, quatenus natū eſt qūqꝫ per ſe ſubſiſtere. ſi vo quis dixerit eſſe in ipſis corporibus quę ſunt in ipſis vacuis meatus quoſdā inter medios, aut vacua, aut altera eſſe, rurſus de illis eadē dubitabimus, vtrū exiſtētibus in ipſis alijs corporibus, permeent ipſum ipſi viſus, aut nō. ⁊ rurſus eadē cōcludētur: ſi vo quis dixerit parua etiaꝫ vacua intermedia vt nō poſſint corpus aliqđ ſuſcepiſſe, primū quidē neqꝫ ipſi viſus pertranſibūt per illa, cū ipſi ſint corpora, quare fruſtra erunt. deinde inquit ſi quidem natū eſt vacuū ꝑ ſe ſubſiſtere, irrationabile ⁊ alienum eſt paruū quidem vacuū ſupponere magnum vo non. quid enim eſt aliud vacuū q̄ locus corpore priuatus. deinde qđ conſequēs erat inducere induxit ꝙ neqꝫ vacuū, neqꝫ meatus ſunt, quare proculdubio omni corpori ſm molē vacuū erit ęquale, ſic enim qđ voluit cōprobauit ⁊ aſtruxit. ſi nāqꝫ oī corpi ęquale erit vacuuꝫ, eſt aūt magnum corpus, erit igiť ⁊ vacuū magnuꝫ, hoc aūt forte fecit, vt cōuerteret, ⁊ vacuum ad corpus, ⁊ corpus ad vacuum, ⁊ ſic omni corpori ęquale erit vacuuꝫ, ſed non ſeparatū vt illi ſupponebant, ſed habens in ſe corpus: non oī autē vacuo neceſſe eſt eſſe corpus ęquale, quid enim ſi aliquis ſuppoſuerit eſſe quidē vacuuꝫ, ⁊ hoc locū eſſe priuatuꝫ corpore, nō tñ recipere aliqđ corpus. hęc igiť nō eſt neceſſaria rō. ſed ex eo ꝙ extraneus ſit ſermo, magis poterit redargui, quę enim abſurditas eſt paruo exiſtēte vacuo non ēt magnū eſſe: deinde reſumit ſermoneꝫ ⁊ certius exponit. ſi igiť inquit non eſt poſſibile exterius tangens agere, neqꝫ per meatus aget, ſolū eniꝫ ingredieť ipſuꝫ patiens. nihil aūt aget in appoſita meatibus corpora. ſi quidē nō eſt poſſibile tāgēdo agere. ſi aūt ingrediens ⁊ tangens egit, ēt ſi meatus non fuiſſet, tactu egiſſet. ſi aūt quis dixerit meatus eſſe neceſſarios, vt in profundū patiať. ſciat ſe nihil ad pñtē ſuppoſitioneꝫ dicere, neqꝫ enim hoc eſt qđ nunc quęriť an Com.125.

nullo penitus modo per meatus agẽs ingrediaꝛ, ingrediꝛ quidẽ ⁊ per os ⁊ per ventrem, ⁊ per reliquos naturales meatus, ſed non ad hęc agere meatus ipſi conferũt, ſed vt propinquet agens patiẽti, ſed ipſuꝫ agere fit per tactũ. ſi igitur quãuis dicat aliquis indigentiam eſſe meatuũ vt in profundũ patiaꝛ, nõ dixerit ob hoc meatus ipſos cãs eſſe vt agẽs agat, ſed cauſas ſolũ vt ſe mutuo tangant agens ⁊ patiens: illi ꝟo [ſ. antiquoꝝ] addẽs agere ⁊ pati. id ꝟo [ſic] hoc eſt ſeparatos quoſdã ⁊ actu eſſe meatus in corpore, ⁊ veluti ſtimulis perforata ipſa eſſe. nõ deſtruit enim ſimplr eſſe meatus, ſunt enim vt diximus inteſtina, venę, arterię, ⁊ reliqua. ſed vt dixi perforatũ eſſe reliquũ corpus. ⁊ eſſe meatus inuiſibiles ꝑpter paruitatẽ per totũ corpus. falſum igiꝛ inquit talem ſuppoſitionẽ ꝑpter nõ ens ſupponere, ocioſuꝫ ꝟo, qm̃ ⁊ ſi ſuppoſiti fuerint nihil ipſis ad agere ⁊ pati conferẽt, vt oſtẽdimus. eſto etiã ꝙ meatibus indigeremus ad agere ⁊ pati, ridiculum tñ eſſet ſeparatos ⁊ actu exiſtentes meatus ſupponere, diuiſibilibus enim exiſtẽtibus omniquaqꝫ corporibus, poteſt ipſuꝫ agens tunc agere ſibi meatũ ⁊ diuidere corpus cum tetigerit, ⁊ acturuꝫ fuerit, q̃re nõ eſt indigentia ſeparatoꝝ quorũdaꝫ meatuũ.

Tex.c.77. ℂ Quo autẽ modo ineſt entibus generare, ⁊ agere ⁊ pati dicamus ſumentes principiuꝫ multoties dictũ. ſi enim eſt hoc quidẽ potentia, illud ꝟo actu tale. natũ auteꝫ eſt non partim quidẽ, partim ꝟo non, pati. ſed omnino inquantũ tale eſt, minus autẽ ⁊ magis quatenus tale magis ẽ ⁊ minus. ⁊ ob hoc meatus quis dicere poſſet magis, quemadmodum in fodiendis metallis protendunt paſſibilis continuę venę.

Com.126. ℂ Quum cõfutauit ſuppoſitiones ꝑ quas priores, agere ⁊ pati ſupponebant, vult verã deinceps exponere opinionem, quõ fit agere ⁊ pati, opꝫ aũt inquit ſępe dictũ a nobis principiũ ⁊ nunc ꝓſupponere. dicit autẽ id qđ eſt eſſe actu ⁊ potentia. vere enim vt in phyſica ipſe dixit, hęc inſpecta nã oẽs nobis ſoluit in phyſicis dubitationes. qm̃ igiꝛ eſt inquit hoc quideꝫ huiuſmodi, illud ꝟo actu, vt calidũ quidẽ potentia, aqua. actu ꝟo ignis: qđ ꝟo nãliter agit ſibi aſſimilare vult ipſum patiens, cum actiuũ actu exiſtẽs appropinquauerit ⁊ tetigerit potentia ens, hoc eſt ipſum paſſiuum, transmutat qđ eſt in ipſo potẽtia ad eſſe actu. neceſſe igiꝛ oĩno eſt ipſuꝫ actiuũ, ipſum paſſiuũ tãgere, aut imediate, aut per aliquod mediũ, quuꝫ medium hmõi fuerit, vt poſſit ⁊ agere ⁊ pati. pati quidẽ ab agente, agere ꝟo ⁊ ipſuꝫ in ipſum patiẽs, quale eſt aer. nõ enim imediate ab igne in balneis caleſcimus, ſed calefacit quidẽ ignis aerẽ, nos aũt aer, nulla eſt igiꝛ meatuum neceſſitas, ad agendũ ⁊ patiendũ, ſed ſolum vt hęc ſe mutuo tangãt. niſi quis inquit meatus dixerit paſſibiliores corpoꝝ partes, vt in metallis accidit. ſunt enim venę quędã in metallis per totũ permeãtes, vt in marmore ſi albũ ſit, nigrę quędaꝫ aut alterius coloris. eo ꝙ alterius ſint cuiuſdã tẽperamẽti, aut paſſibiliores eſſe hmõi partes, aut impaſſibiliores, ſic ergo inquit nihil mirabile eſt ẽt in patiẽtibus eſſe quaſdã huiuſmodi partes per totuꝫ pertrãſeuntes paſſibiliores, ⁊ has magis pati, tangente ipſo agẽte. ſi quis igiꝛ hos velit vocare meatus vocet. ℂ Dubitãt ꝟo aliqui in his, quid igitur nullo ergo mõ erũt in corpore determinati ⁊ ſeparati meatus: vnde igiꝛ fiũt occulto mõ quotidiane in corpore reſolutiones: qua via ſudores pertranſeũt: quo pacto ẽt dicimus inuentiones quaſdã corporuꝫ rarefactrices, quaſdã ꝟo eſſe denſatrices: ℂ Dicũt igiꝛ ad hoc rñdentes ꝙ rariora aut dẽſiora fieri corpora per aliquas inuentiones non ſic opꝫ putare rarefieri vt lotũ aut lanã eo ꝙ diſtrahanꝛ ⁊ vacua quędã ſpatia faciant intermedia, ſed quẽadmoduꝫ aqua rarefacta facit aerẽ, nõ eo ꝙ in minimas partes diuidatur, ⁊ intercipiat vacua intermedia, ſed eo ꝙ in tenuiorẽ ſubſtãtiã tranſmuteꝛ. ſic ⁊ corpora ęqualiter rarefiũt, cũ totis per ſe tota tenuiora fiant. hoc igitur eſt manifeſtũ. ſudores ꝟo ⁊ trãſpirationes, nõ neceſſe ẽt dixit per meatus fieri, ſuperfluã enim ⁊ inutilẽ humiditatẽ. ſegregatiua virtute excernit nã non per aliquos meatus, ſed per cõtinuitatẽ, humectãs aliã ex alia particulã, ⁊ ſic ad ſuperficieꝫ ſecernens humidũ. ſicut eniꝫ dicunt humectaꝛ filum lineũ, non in vacuis ſolum appoſita aquę ſubſtantia, ſed ipſa lini ſubſtãtia humectata non per aliquos meatus, accideret eniꝫ totũ eſſe meatũ, ſic opꝫ putare ⁊ in corpore fieri, ex profundo ſm̃ cõtinuitatẽ aliaꝫ ex alia irrigatam particulã, ſic ad ſuperficiẽ ſecernere humiduꝫ. hęc aũt ratio probabilis quideꝫ eſt, ſed nullo pacto vera. ſi enim qualitas ſolũ ex profundo ſecerneretꝛ, haberet vtiqꝫ rationẽ id qđ dicit. ſi autẽ non ſolum qualitas ſed ⁊ aliqua ſubſtãtia, vt ſudores aut vapores, duoꝝ alteruꝫ neceſſariũ eſt, aut corpus ꝑ corpus ꝓcedere, aut per aliquos meatus ſecerni. eadem ⁊ in lino dicemus, ſi enim trãſit aqua in lini ſubſtantiaꝫ, non per aliquos meatus, corpus per corpus ꝓcederet. aut igiꝛ nec in vniuerſum ipſius lini ſuba humectatur, ſed ſolũ eſt humidi appoſitio, aut ſi humectaꝛ putandũ eſt pati aliqđ ſubſtantiam appoſitione humidi ⁊ trãſmutari ſm̃ qualitatẽ non ipſa aquę ſuba ingrediente, impoſſe nãqꝫ. potius igiꝛ circa tenues villos circũfundiꝛ omniquaqꝫ humidũ, non in profundũ ſubſtantię procedens, ꝑꝑ autẽ tenuiſſimã appoſitionẽ videꝛ per ſubſtãtiã progredi quẽadmodũ in tenuiſſimis xeris ⁊ collyrijs latet fere diuerſarũ ſpecierũ appoſitio. ℂ Sed neqꝫ ex quo per meat⁹ tranſpirationes fiunt, neceſſe eſt ſeparatos eſſe aliquos in corporibus meatus, ſed vt inquit Ariſto. diuiſibilibus exiſtentibus omniquaqꝫ corporibus, opꝫ putare in reſolutionibus diuidi corpora, ⁊ rurſus poſt trãſpirationem cõiungi. non neceſſe eſt aũt ſimul ex ol particula trãſpirationẽ fieri, vt ſic totuꝫ diuidi putemus, ſꝫ aliã ex alia. ℂ Sciendũ autẽ ꝙ generare quidem in mutatione ſm̃ ſubaꝫ, agere ꝟo in ea quę ſm̃ qualitatẽ ordinat. natũ eſt autẽ inquit non partim quidẽ, partim ꝟo non, pati. ſed omniquaqꝫ quatenus eſt hmõi. hoc eſt quatenus potẽtia eſt aliquid, hoc eſt calidũ aut frigidũ. nam ſm̃ ſe totum potẽtia exiſtẽs, ſm̃ ſe totũ eſt natuꝫ pati. magis ꝟo ⁊ minus inquit paſſiuũ, qđ magis ⁊ minus eſt potentia, qđ enim eſt magis potẽtia calidũ magis calefit, ab actu calido, qđ ꝟo minus non ſic. ⁊ hac via meatus quis poſſet dicere, eo ꝙ quę magis calefiunt partiuꝫ ſunt magis paſſiuę reliquis. vt q̃ paſſibiliores ſunt partiuꝫ abutens quis meatus vocet. ꝙ autẽ ſunt in corporibus alię alijs paſſibiliores partiũ declarant quę protendunt ꝑ metalla venę, quę ſępe ſunt reliqs paſſibiliores. fortaſſis autẽ ⁊ difficilius paſſibiles ſimpliciter, quia eſt irregularitas in horũ partibus, ad minus magiſue patiendum.

ℂ Conſitum igiꝛ vnũquodqꝫ ⁊ vnũ exiſtẽs impaſſibile. ſimiliter quoqꝫ ⁊ non tãgentia, nec ſeipſa, nec alia, quę facere nata ſunt ⁊ pati. dico auteꝫ vt non ſolũ qđ tangitur calefa- Tex.c.78.

eſt ignis, ſed etiã ſi procul fuerit, aerem enim
ignis, aer ꝟo corpus calefacit natuꝫ agere ⁊
Tex.c.79. pati. ❡ Opinari ꝟo partim quidẽ pati, par-
tim ꝟo non, cuꝫ determinauerimus in prin
cipio hoc dicenduꝫ, ſi enim non omniquaqꝫ
diuiſibilis eſt magnitudo, ſed eſt corpus in-
diuiſibile, aut latitudo. non vtiqꝫ fuerit om-
niquaqꝫ paſſibile, ſed neqꝫ continuũ aliqđ. ſi
ꝟo hoc falſum, ⁊ omne corpus diuiſibile,
nihil differt diuiſum quidẽ eſſe, tangere ꝟo,
aut diuiſibile eſſe. ſi enim ſegregari poſſunt
per tactus quẽadmodum aiunt quidaꝫ, ⁊ ſi
nonduꝫ fuerit diuiſum, erit diuiſum, poſſibi
le. eſt enim diuiſum eſſe, fit autem impoſſi-
bile nullum.

Com.127. ❡ Neqꝫ inquit continui partes nate ſunt agere adinuicẽ.
neqꝫ omnino diuerſę diſtantesqꝫ, ſed opꝫ agẽtia ⁊ patiẽ
tia diuidi quidẽ abinuicẽ, imediate ꝟo ſe tangere, aut ꝑ
aliqua media, medijs exiſtẽtibus eiuſmodi, vt agere pa
tiqꝫ nata ſint. pati quideꝫ ab eo qđ actu eſt, agere ꝟo in
id qđ potẽtia hmõi eſt. manifeſte auteꝫ ponit exempla.
quiꝫ aũt dixit ꝙ potẽtia hmõi natũ eſt non partiꝫ qui-
deꝫ, partim ꝟo non pati, ſed omniquaqꝫ quatenus eſt
hmõi. nunc vult dicere ad quã ſequiť ſuppoſitionẽ, eſſe
non omniquaqꝫ paſſibile corpus, ſed partiꝫ quideꝫ ſic,
partim ꝟo non. ſi enim nõ omniquaqꝫ inquit eſt diuiſi
bile corpus, ſꝫ ſunt aliquę indiuiduę magnitudines, aut
ſolidę, aut planę, nullũ vtiqꝫ corpoꝝ erit oiquaqꝫ paſſi
bile, coꝝ. ſ. quę cõpoſita ſunt, ſed neqꝫ cõtinuũ. nõ eniꝫ
vtiqꝫ ⁊ ſꝫ partes indiuiſibiles patieť. quę impaſſibiles
ſunt ⁊ indiuiſibiles. ꝑꝑ hoc aũt neqꝫ continuũ. qm̃ non
poſſunt cõiungi adinuicẽ indiuiſibilia, ſic enim eſſent ⁊
indiuiſibilia, ſed ſolum ſunt adinuiceꝫ iuxta poſita. Ad
hãc ergo ſuppoſitionẽ ſequetur nõ omniquaqꝫ paſſibi-
lia eſſe corpora. ſi aũt falſa eſt hęc ſuppoſitio, vera autẽ
ꝙ omniquaqꝫ ſint diuiſibilia ipſa corpora, nihil differt
inquit actu facere diuiſa eſſe corpora, tangẽtia ꝟo ſein-
uicẽ, vt dicebat plato. tãgere eniꝫ ſeinuiceꝫ ſupficies. ⁊ ꝑ
tactus fieri agere ⁊ pati. aut actu quidem nõ eſſe diuiſa,
ſed potentia, qđ enim poteſt diuiſum iri, diuideť ꝑſente
diuidente. quapropter vanum ⁊ ſuperfluum ad agere ⁊
pati, pręſupponere actu eſſe diuiſa corpora. ⁊ tangere ſe
ſolum ſm diuiſiones.

Tex.c.80. ❡ Omnino aũt hoc modo fieri ſciſſis corpo
ribus abſurdũ. deſtruit enim ſermo hic alte
rationẽ. videmus aũt corpus ipſum ꝯtinuũ
exiſtens, qñqꝫ quidem humidũ, qñqꝫ ꝟo cõ
gelatũ, non diuiſione, ⁊ cõpoſitione hoc pa
tiens, neqꝫ verſione, ⁊ tactu. quẽadmodũ di
cit Democritus. neqꝫ eniꝫ tranſpoſitũ neqꝫ
tranſmutatũ ſm naturam cõgelatũ ex humi
do factũ eſt, neqꝫ nunc ſunt dura ⁊ congela
ta indiuiſibilia ſm moles, ſꝫ ſimiliter omne
Tex.c.81. humidũ qñqꝫ durũ ⁊ congelatũ eſt. ❡ Am
plius aũt neqꝫ augmentationẽ poſſibile eſt
eſſe ⁊ diminutionem. non enim qđcũqꝫ erit
factũ maius, ſiquideꝫ erit additio, ⁊ non oẽ
tranſmutatum, aut mixto aliquo, aut per ſe
tranſmutato. ꝙ igiť eſt generare ⁊ agere, ⁊
generari ⁊ pati a ſeinuicẽ, ⁊ quonam modo
contingit, ⁊ quonam aiunt quidẽ aliqui, non
auteꝫ cõtingit, determinatum ſit hoc modo.

❡ Quum oſtẽdiſſet ꝙ ſi e diuiſis corporibus ſiat agere Com.128.
⁊ pati vt dicere plato videbať, dicẽs per tactus fieri di-
uiſis corporibus ⁊ tãgentibus, ſiquideꝫ omniquaqꝫ exi
ſtẽs diuiſibile corpus, in patiẽdo diuideť, ⁊ non neceſſe
eſt ante paſſionẽ eſſe actu diuiſuꝫ, nunc oſtẽdit ꝙ oino
ſic ſupponere ſciſſis corporibus fieri agere ⁊ pati, caret
rõne, tollit nãqꝫ inquit hic ſermo alterationeꝫ. primum
quidẽ ꝙ manẽte ꝯtinuo corpore, ⁊ nullatenus diuiſio-
neꝫ ſuſtinẽte, fit ſm qualitatẽ mutatio vt in coagulatio-
ne lactis, ⁊ aquę, neqꝫ enim diuiſa aqua, aut lac ꝯgelata
ſunt, neqꝫ ſm Democriti opinionẽ verſionẽ paſſuꝫ aut
tactũ, hoc aũt eſt ordinis mutationẽ, aut trãſpoſitioneꝫ
partiũ, ſed neqꝫ ex eo ꝙ ſegregatę ſint aliquę atomi, di-
co. ſ. illas q̃ humiditatis erant generatiuę. ⁊ intus ꝑman
ſerint durę, nam prius q̃ꝫ aqua congeleť, tota hꝫ partes
cõſimiles. non habens in ſe ptes duras indiuiſibileſqꝫ,
ſed tota in ſingulis partibus eſt humida. ſimiľr autem ⁊
quũ fuerit cõgelata in oibus eſt cõgelata. nõ ſolũ auteꝫ
inquit alterationẽ auferunt qui hęc dñt, ſed ⁊ augmẽtũ
⁊ diminutionẽ. ſi enim verũ eſt oẽm partem eius qđ au
geť maiorẽ fieri, ⁊ eius qđ minuiť minorẽ, impoſſibile
eſt hoc in horũ ſuppoſitione ſaluatũ iri. ſi enim appoſi-
tio quibuſdã in meatibus, aut in vacuis, aut in tactibus
fit augmentũ, manifeſtũ ꝙ non ſm omne augmentatuꝫ
eſt qđ augeť. ſicut neqꝫ ſi in vaſe recipiẽte appoſita fue-
rit in pte aliq̃ aqua amplior qdẽ facta eẽ dĩ, ſed nõ eſſe
aucta miſta igitur inquit vt in nutrimẽto, nutrimẽto ſi
quidẽ imiſto ⁊ tranſmutato totum maius fit. per ſe ꝟo
tranſmutato, vt cum trãſmutať aqua in aerem, nã ⁊ hic
omnis particula aquę eſt facta maior: ſed hoc nõ eſt au
ctio, ſed generatio. hoc aũt dixit oſtẽdens ꝙ nec ſerua-
re põt generationẽ, ſi enim ex aqua aer fit, atomis aeris
in ipſum ſegregatis, non oportebat maiorẽ moleꝫ fieri
aeris, nunc aũt fit. aut igiť veris exiſtẽtibus ſuppoſitio-
nibus, nec generatio, nec alteratio ſeruabiť, aut ſi eſt ⁊
alteratio ⁊ generatio falſę ſunt ſuppoſitiones. deinde re
aſſumẽs ea quę dicta ſunt dcñ eſt inquit quid ẽ genera
re ⁊ agere q̃ ſiquidẽ in ſubſtã ambo ſumpta ſint, idem eſt
trãſmutari poᵒ ſubſtantiã in actu ſubaꝫ, ſi aũt generare
quidẽ erit in ſubſtãtia, agere ꝟo in mutatione ſm qua-
litatẽ, erit idem trãſmutare qđ eſt in potẽtia q̃le in actu.
quuꝫ poſtea dixit actiua dixit ⁊ paſſiua, generari ⁊ pati.
generari igiť eſt duci ex potẽtia ſubſtantia in actu ſub-
ſtãtiaꝫ pati ꝟo alterari ſm qualitateꝫ deinde ⁊ quo pa-
cto cõtingit. q. ſ. cõuerſa ⁊ tranſmutata mã ſm ſe totaꝫ.
⁊ ꝙ quõ alij dñt non cõtingit. dicunt enim generationẽ
⁊ corruptionẽ. cõgregatione fieri ⁊ ſegregatione, agere
ꝟo ⁊ pati per meatus. oſtenſum eſt aũt ꝙ non ꝯtingit.

❡ Reliquum aũt cõſiderare de miſtione eo- Tex.c.82.
deꝫ modo methodi: hoc aũt erat tertiũ pro-
poſitoꝝ a principio. ❡ Conſiderandũ autẽ
⁊ quid eſt miſtio, ⁊ qđ miſcibile, ⁊ quibus
entiũ ineſt, ⁊ quõ. Amplius autẽ vtrum eſt
miſtio, an hoc eſt falſuꝫ. impoſſibile eniꝫ eſt
miſtũ eſſe alterũ alteri quẽadmoduꝫ dicunt
quidã. cum enim ⁊ adhuc ea quę miſta ſunt

non ſint alterata nihil magis miſta eſſe dicūt nunc ꝙ̄ prius,ſed ſimiliter ſe habere , altero ꝟo corrupto nō eſſe miſta:ſed hoc quidē eē illud ꝟo non eſſe:miſtionē ꝟo eſſe ſilr ſe habentiū.eodē quoqʒ modo ⁊ ſi vtriſqʒ cōgredientibus corruptū ſit eoꝝ que miſcenꝭ vnūquodqʒ,non eniʒ miſta eſſe que oīno nō ſunt.

Com.129. ¶ Tria inquit p̄ſumēda eſſe ⁊ dearticulāda ante ſermonem de mutatione elementoꝝ mutua. ⁊ ſimplr ante ſermonē de gñatione ⁊ corruptione.qd ſit tactus,qd agere ⁊ pati,⁊ quid miſtio. quū igiꝭ dixit de tactu ⁊ de agere ⁊ pati,ꝯñter ad tertiū ꝓpoſitoꝝ tranſiuit.ſ.ſermonem de miſtione. miſtionez aūt hic dicit q̄ magis ꝓpria eſt que dicꝭ de ꝯpamento.eſt enim vlior miſtio tēperamento iuxta poſitione ⁊ reliquis. vñ quoqʒ ſpālius miſtio ipſa tēperatura,d̄ qua hic ſermonē facit. ¶ Opʒ aūt ꝗque quedā inquirere ad ſermonez de miſtione,que manifeſte enumerat.qd ſit ingt miſtio,qd miſcibile,qbus ineſt entiū,⁊ quō.⁊ p̄ter hec inquit an ſit oīno miſtio,qd ⁊ p̄mū eſt inter ꝓpoſita. Dubitauerit nāqʒ ꝗs ni forte omnino non ſit miſtio.neceſſe eſt eniʒ inquit ea que miſcētur qñ ſaltez duo ſūt,aut ambo ſeruari in miſtione,aut vtraqʒ corrūpi,aut hoc quidē ſeruari,illud ꝟo corrumpi,⁊ nō eſt p̄ter hec.ſi igiꝭ oſtēſum fuerit ꝙ ſm nullam ſuppoſitionū pōt ſeruari miſtio,forte nullo modo erit. nam ſi ambo ſeruenꝭ,non erit miſtio. nā quid differt a prioribus:ſic enim nihil magis erant miſta priuſꝙ̄ miſcerētur,ꝙ̄ poſtꝙ̄ miſta ſunt.ſi aūt ambo corrūpuntur, neqʒ oīno miſcebunꝭ,opʒ eniʒ que miſcentur eſſe,vt ⁊ miſceanꝭ.q̄ aūt corrupta ſunt non ſunt.ſi aūt hoc quidē ſeruaꝭ,alteꝝ ꝟo corrūpiꝭ,nec hoc pacto ēt miſtio fuerit.nā opʒ eſſe,vt dixi que miſcenꝭ. hic aūt hoc quidem eſt,illud ꝟo non eſt.p̄terea que miſcenꝭ opʒ ſe hēc ſimiliter.hic ꝟo nō ſe habēt ſilr altero corrupto.dubitationes igitur que auferunt miſtionē,he ⁊ huiuſmodi ſunt. ¶ Soluit aūt dubitationes ꝑ id qd eſt eſſe actu ⁊ eē potētia.exiſtētibus eniʒ inquit his quidē potētia , illis ꝟo actu,erunt vtiqʒ que miſcenꝭ potētia quidē eadē in miſtione,actu ꝟo non.ſunt enim in vino tēperato potētia ⁊ aqua ⁊ vinū,potētia ꝟo nō ſm id qd pri⁹,qd ſm aptitudinē eſt , vt.ſ.eſt potētia aqua aer,ſed neqʒ ſimplr ſecundū alterū.ſ.ſm habitū ſoluʒ,vt ſe hʒ geometra dormiēs,ſed eo mō quo ebrius geometra,⁊ aggrediēs geometriſare,opaꝭ qdē ſm habitū nō ſincere aūt. ſic ⁊ aq̄ ⁊ vinū ſe hʒ in miſtura.vtrūqʒ eniʒ in miſtione remiſſe agit.ſic igitur vtraqʒ potētia ſeruanꝭ,actu ꝟo neutrum quale erat a principio.nam caſtigata eſt ipſoruʒ ſincera actio,⁊ non eſt qualis erat prius ꝙ̄ miſcerenꝭ. ſic igitur euademus oēs dubitationes,neqʒ eniʒ quū vtraqʒ ſimpliciter ſeruenꝭ eſt miſtio,neqʒ quū vtraqʒ corrūpanꝭ, neqʒ cū hoc corrūpaꝭ,illud aūt ſeruēꝭ. ſed alteruʒ quid p̄ter hec eſt miſtio,quū.ſ.vtraqʒ potētia ſeruanꝭ,vt dictū eſt,actu ꝟo neutrū,oſtēſum eſt ergo ꝙ miſtio eſt ſolutis dubitationibus,q̄ ea que manifeſta ſunt tollere videbanꝭ,ꝙ enim miſtio ſit,euidētia ipſa teſtaꝭ. naſcētes tñ dubitationes dubitare cogebant de his que manifeſta ſunt.his igiꝭ ſolutis habemus ꝙ ē miſtio. [eodē modo methodi ꝓixit,qñ cōſueuit ſemper opiniones antiquoꝝ ponere prius ⁊ redarguere. viſum eſt aūt inquit apud quoſdā nō eſſe miſtionez qui ⁊ hec dubitabāt.aut ſm eundē modū dixit prius dubitantes,vt ipſe alibi dixit.de quibus dubitandūʒ eſt.ſ.querentes,⁊ ſi eſt ⁊ quid eſt ⁊ reliqua.id ꝟo ⁊ quid eſt miſcibile , ⁊ quibus ineſt entiū,pro eodē dixit,miſcibile eniʒ eſt qd poteſt miſtionē ſuſcipere.hmōi aūt ſunt ⁊ quibus ineſt mixtio. illud ꝟo ⁊ quō.hoc eſt ꝑ quē modum miſcenꝭ ea que miſcentur.vltimū aūt ponit , propoſitoꝝ primuʒ illud.ſ.an ſit oīno miſtio,ſed in aſtructione ipſiuʒ primū oſtendit.

¶ Hic igiꝭ ſermo vr̄ querere vt determinetur,qd differt miſtio a generatione ⁊ corruptione , ⁊ quid miſcibile ab ipſo generabili corruptibiliqʒ. manifeſtuʒ eniʒ ꝙ opʒ differe ſiquidē eſt.quapꝑ his exiſtentibus manifeſtis, que dubitata ſunt ſoluentur vtiqʒ. at ꝟo neqʒ materiā igni miſtam eſſe dicimus, neqʒ miſceri ardentē, neqʒ eandē ſuis particulis.neqʒ igni,ſed ignem quideʒ fieri, hanc ꝟo corrūpi. eodem quoqʒ modo neqʒ cum corpore nutrimentū,neqʒ figurā cū cera miſtam formare molē , neqʒ corpus ⁊ album, neqʒ oīno paſſiones ⁊ habitus poſſibile eſt miſta eſſe rebus, ſeruata enim videnꝭ,atqui neqʒ albū ⁊ ſciam contingit miſta eſſe,neqʒ aliud non ſeparabiliū nullum.ſed hoc dicūt non recte,qui omnia aliqñ ſimul dicūt ⁊ eē, ⁊ miſta eſſe,non eniʒ omne omni miſcibile, ſʒ oportet exiſtere ſeparabile vtrūqʒ miſtorum:paſſionū autem nulla eſt ſeparabilis. Tex. c.83.

¶ Sermo ingt querens ſeruatis ne an corruptis fiat miſtio,vr̄ querere,que nam ſit miſtionis ad corruptionez ⁊ gñationē dr̄ia.ſi enim aut ambo,aut alteꝝ corrūpanꝭ corruptio erit manifeſte ⁊ gñatio,ſed non miſtio.q̄ igiꝭ erit dr̄ia miſtionis ad generationē ⁊ corruptionez,rurſus enim ſi ſeruētur non eſt poſſibile eſſe miſtionez ꝑ dicta.ſi igiꝭ eſt inquit oīno miſtio,quo nam diſtinguetꝭ a generatione ⁊ corruptione. quapꝑ cum hec facta fuerint manifeſta.hec inquit.ſ.quo differt miſtio a generatione ⁊ corruptione,ſi enim hoc inuētum fuerit , ſolute quoqʒ dubitationes fuerint.cum aūt dixit oportere differre gñationē ⁊ corruptionē a miſtione,hoc ipſuʒ vult oſtēdere , ſimul ⁊ exēpla ſuperius dictoꝝ apponens,ꝙ neqʒ ſi vtraqʒ corrūpanꝭ eſt miſtio,neqʒ ſi alteꝝ,neqʒ ſi vtraqʒ ſeruenꝭ.obſcuram aūt ad ſuperiora continuationē fecit coniunctio ſed,opʒ ergo ſic dicere,neqʒ eniʒ mām igni miſtaʒ eſſe dicimus,non enim igni ligna miſcenꝭ,ſed corruptio quidē eſt lignoꝝ,ignis ꝟo generatio.hoc auteʒ exēplum fuerit,ſi vnum ſeruetꝭ ⁊ alterum corrūpatur.illud ꝟo [neqʒ eādem ipſius partibus.]eſt exēplū ſi vtraqʒ corrūpanꝭ , neqʒ enim partes materie ignis adinuicē miſceri in igne dicanꝭ.eo ꝙ ex ipſis vna efficiatur flāma.naʒ vt dixi lignoꝝ quidē corruptio eſt, ignis ꝟo generatio,ſed nullo mō miſtio. partes ꝟo inquit mãe ignis ſunt plura ligna.ligna igiꝭ ex qbus ignis fit non miſcenꝭ inter ſe in flāma , ſed corrūpunꝭ.illud ꝟo [neqʒ igni]intelligendū eſt pro eo qd eſt, ſicut neqʒ igni.inquit enim iam ꝙ neqʒ materiā igni miſtā eſſe dicimus,quapꝑ ſuperfluū eſt rurſus idē dicere,niſi vt dixi intelligatur ꝙ non miſcenꝭ ligna adinuicez , vt neqʒ igni.id ꝟo [neqʒ corpori nutrimentū.]eſt exēplū huius ꝙ vnum ſeruetꝭ ⁊ alterum corrūpaꝭ.forte auteʒ ⁊ diſtinguere volens ab augmentatione miſtionez, vt etiā a generatione, viſus eſt hoc exēplo.[id ꝟo nec figura cere.] exemplū eſt ꝙ vtraqʒ ſeruenꝭ.ſeruātur enim ⁊ cera ⁊ figura,

Com. 130.

gura,ſed nullus dixerit miſceri figurã ceræ,nã hoc quidez eſt ſubiectũ,illud vero forma. nõ eni ſunt eoꝝ q̃ miſcent̃ hoc quidẽ ſubiectũ,illud vero forma.ſemel igit̃ nullũ eorũ q̃ hñt eſſe in ſubiẽo miſceri dici pt,neqꝫ habit⁹, neqꝫ paſſiones,ſeu aĩales ſint,ſiue corporeę. ꝑ hęc aũt ab alteratione miſtionẽ diſtinxerit. id vero atqui neqꝫ album nec ſciaꝫ:exẽplũ eſt ꝙ vtraqꝫ ſeruent̃,neqꝫ.n. qm̃ in eodem vno aĩali eſt albũ ⁊ ſcia,miſceri ꝑꝑ hoc dicent̃,ſeruãtur eni ambo paſſiones a ſeinuicẽ ĩpaſſibiles. addidit aũt ⁊ hoc exẽplũ ad oſtẽdẽdũ,ꝙ neqꝫ miſcent̃ hęc, ẽt ſi in vno ⁊ eodẽ ſubĩo ſint,q̃ nec agũt nec patiunt̃ adinuicẽ. tum neqꝫ ẽt poſſint ſeparari.ſumpſerit vero exẽplũ magis ꝓpriũ,in vno ⁊ eodez ſubĩo in quo duę paſſiones dulce ⁊ flauũ in melle exiſtẽs minime inter ſe miſceri dicię fuerint,cũ ⁊ ambo ſeruent̃,nec abinuicẽ ſeparí,aut ꝑ ſe poſſint ſubſiſtere. oꝫ.n.q̃ miſcent̃ eiuſmodi eſſe. nihil igit̃ eoꝝ q̃ ꝑ ſe ſubſiſtere nata ſunt, miſceri dicent̃.⁊ ob hoc nec qualitas ſubiecto miſcet̃, qꝛ nõ eſt ſepabilis q̃litas nec a mã forma.neutrũ.n.ſepabile eſt:habes aũt hinc ꝓprietatẽ quãdã miſcibiliũ deſignatiuã,eoꝝ.ſ.qbus ineſt miſtio,ꝙ.ſ.eoꝝ ipſa poſſe ꝑ ſe ſubſiſtere,ꝯſequenter autem perfecte eorum deſignatiua exponet.

Tex.c.84 ❡ Qm̃ vero ſũt hęc qdẽ entiuꝫ potẽtia,illa vero actu,ꝯtingit ea q̃ miſta ſunt eſſe quodãmõ ⁊ nõ eſſe:actu qdẽ altero exiſtẽte qđ factuꝫ eſt ex ipſis,potentia aũt aliqd vtriuſqꝫ,q̃ anteq̃ miſcerent̃ erãt, ⁊ nõ deꝑdita. hoc eni rõ dubitabat prius. apparẽt aũt ea q̃ miſcent̃ pri⁹ ex ſeparatis cõueniẽtia, ⁊ potentia rurſus ſeparari:neqꝫ permanẽt igit̃ actu , queãdmoduꝫ corpus ⁊ albũ,neqꝫ corrũpunt̃,neqꝫ alterũ, neqꝫ ambo.ſaluatur enim virtus eorũ , quapropter hęc quidem dimittantur.

Com.131. ❡ Hinc dubitationũ diſſolutio incipit. qm̃ igit̃ ĩqt eſt hoc qdẽ po⁹,illud vero actu , pñt ⁊ eſſe ⁊ nõ eſſe q̃ miſcent̃, qđ eniꝫ ex aliqb⁹ ꝑfectũ cõflatũqꝫ eſt,po⁹ eſt vtrũqꝫ eorũ ex qbus miſcet̃,actu vero neutrũ,quaꝑꝑ ſolute ſũt dubitationes,aliquo qdẽ mõ ſeruatis his q̃ miſta ſunt,aliquo aũt mõ nõ. hoc eniꝫ dubitationes volebãt ſeruari.ſ.ipſa ⁊ non ſeruari.his igit̃ ĩqt ineſt miſtio,q̃ ipſa ꝑ ſe ſubſiſtebãt,rurſuſqꝫ poſt miſtionẽ nata ſunt ſepari,ſed non hoc dicit ꝙ actu exñtia in miſtura miſta ſic rurſus poſſint ſeparari,nõ eniꝫ vtiqꝫ eſſent miſta ſi actu eſſent, ⁊ ſine aliqua trãſmutatione , ſed aut hoc dicit ꝙ nata ſunt ſpata,eo ꝙ nõ ꝑfectã formã amiſerint,ſed ſincerã ſolũ, ꝑ diſcretiua alteratiuaqꝫ quędã inſtrũ integram rurſus, ꝓpriã formã recuperare.inquiũt eniꝫ ꝑ appellatos vulgo ſtratiotes fluuiales,colatũ ipſuꝫ aqua miſtũ vinũ ſecernere ⁊ ab aqua vinũ ſeparare,extrahi eniꝫ ſolã aquã ⁊ ꝓcipue cũ craſſius vinũ fuerit. aut igit̃ hoc dicit,verbuꝫ illud ꝙ poſſint iteruꝫ ſeparari , aut ſi hoc eſſe eſt impoẽ, vt q̃ tẽperata ſunt nõ poſſe exacte ſepata iri,rurſus verbũ illud poſſe ſepari intelligemus,q̃ nata ſunt quãlibet eſt ex ſeipſis rurſus poſſe per ſe ſubſiſtere,ſi aliqua eſſꝫ eorũ via diſcretiua.hoc igit̃ vt prius dixi eſt vna quędam formalis ꝓpria vox eoꝝ,in qbus ineſt miſtio. q̃ inquit in miſtione neqꝫ ſic actu ꝑmanent , vt corpus ⁊ albedo q̃ in ipſo eſt,nec.ſ.corrũpunt̃,nec alteꝝ,nec ambo,⁊ hac differt miſtio a generatione ⁊ alteratione. neqꝫ eſt eniꝫ ſeparabilis a mã forma , nec ita ſunt potẽtia in miſtura miſcibilia,ex quibus, vt dicit̃ potẽtia aqua aer eſſe.nam in generatione,mã aeris,potentia aer eſt,actu vero aqua.

in miſtura vero potẽtia inſunt ea ex quibus nõ mã ipſorũ,ſed formę ipſę caſtigatę,⁊ ob hoc potẽtia,eo ꝙ ſincere non ſint,nec eiuſmodi quales ante miſtionẽ erãt.hęc cum dixit,increpat Anaxagoricos dicẽtes eſſe qñqꝫ ſimul res oẽs,nã ſi nõ eſt oi oẽ miſcibile,paſſio eniꝫ paſſioni non miſcet̃,quo pacto ſimul erant res oẽs.iccirco ea quidẽ ĩqt de dubitationib⁹ ꝓculdubio dimittant̃.

❡ Annexã vero his dubitationẽ diuidendum, Tex.c.85. vtrũ miſtio ad ſenſuꝫ aliqd eſt. cũ eniꝫ ſic in parua diuiſa fuerint ea q̃ miſcent̃ ⁊ iuxta poſita fuerint adinuicẽ hoc modo, vt nõ ſit ſingulũ ſenſui manifeſtum , tũc miſta fuerunt.

❡ An nõ , ſed eſt vt quęcũqꝫ iuxta quãcũqꝫ particulã miſtoruꝫ ſit. dicitur igitur illo modo, vt ordea miſta eſſe frumentis , qñ quodcũqꝫ iuxta quodcũqꝫ poſitum fuerit.

❡ Annexã dubitationẽ inquit diuidendũ pro eo qđ eſt Com.132. determinãduꝫ,aut veluti ⁊ ipſum per diuiſionẽ dubitãdum. quęrit enim deinceps quid nã eſt miſtio. ⁊ producit ſermonẽ per diuiſionẽ. ſupponit enim duos modos miſtionis. vnum quidẽ ad ſenſuꝫ,qui eſt ex partibus ad minima diuiſis miſtis ⁊ adinuicẽ appoſitis,ita vt ꝑꝑ partiuꝫ paruitatẽ non ſit ſenſus iuxta poſitionis,ſed videatur miſtio eſſe ⁊ tẽperatura veluti ſi quis tenuẽ ſimilam ex tritico,farinę ordei miſcuerit.nam iuxta poſitione in his exiſtente,eo ꝙ ꝓpter paruitatẽ partium ſenſus non cõprehendat,videbitur tẽperatura quędã eſſe.⁊ totũ eẽ in partibus ſimile. ſic ſe hꝫ ⁊ in his quę xeria ⁊ collyria vocãt , vt illud qđ ex ſex ſpeciebus conſtituitur. vnum ergo modũ miſtionis hunc ſupponit , quo ſeruant̃ quidem formę eoꝝ quę miſcent̃,ſed inſenſibilia ſiunt paruitate,iuxta poſitionis.ſcđm vero non ſeruata forma miſtoꝝ,ſed ipſis reſolutis in ea ex quibus cõſtant,⁊ ſic elemẽtis ipſis adinuicẽ iuxta poſitis , vt dicebant qui atoma ſupponebant,reſoluto enim igne ⁊ aqua in atomos ex quibus conſtãt , deinde illud adinuicẽ iuxta poſitis. ita vt vnaquęqꝫ atomus ignis atomo aquę iuxta ponatur,ſic miſtionẽ fieri. veluti ſi lapides ex quibus ſcęna ⁊ domus cõſtant , ſolutis ſcęna ⁊ domo,ſingulus ſingulo iuxta ponat̃. hoꝝ ſuppoſitoꝝ modorum miſtionis ſingulũ cum cõfutauit,ſic ipſe verũ modũ ſupponit. vtitur autẽ ad confutationẽ duobus enũtiatis,vno quidem ꝙ miſtio,alteꝝ eſt a cõpõne,altero vero ꝙ oẽ corpus eſt in infinitũ diuiſibile. ⁊ ſimplr̃ omne cõtinuũ,quoruꝫ illud quidẽ ꝙ omne cõtinuũ eſt in infinitũ diuiſibile p̃us demõſtrauit in phyſica,alterum vero ꝙ diuerſa ſit miſtio a cõpoſitione, vt cõe enuntiatũ ⁊ ab oibus confeſſuꝫ ſumpſit. nullus enim in tẽperatura dixerit ꝙ cõpoſita ſunt vinũ ⁊ aqua,ſꝫ ꝙ miſta ſunt ⁊ tẽperata,neqꝫ ꝙ domus ſit tẽperamẽtum lapidum ⁊ lignoꝝ ⁊ alioꝝ,ſed compoſitio veluti cognoſcẽtibus nobis,ꝙ altera ſit a ꝯpoſitione miſtio ⁊ tẽperamẽtum. vtroqꝫ ergo horuꝫ enũtiatorum vtrãqꝫ ſuppoſitionẽ tollit.per eam quidẽ quę dicit cõtinuum eſſe in infinituꝫ diuiſibile, deſtruit ꝙ non eſt miſtio talis qualẽ dicebãt qui per reſolutionẽ in magis elementaria,ideſt atoma,⁊ horuꝫ cuiuſqꝫ ad quodcũqꝫ iuxta poſitione fieri miſtionẽ dicebant,qui ſunt Democritici. ſi enim eſt corpus in infinitum diuiſibile impoſſibile eſt quãcũqꝫ iuxta quantũqꝫ partem poni. ſemper enim adiacẽtes ſibi inuicẽ partes diuiſibiles exiſtentes, non habẽt quãlibet iuxta quãlibet partẽ poſitaꝫ , diuiſa enim parte in tria , ſegmentũ intermediuꝫ,ſincerum eſt

nihil habens alterius naturę ſibi iuxta poſitus. quare ſi quidē eſſet diuiſio in atoma reſolutis in elementa his q̄ miſcētur, poſſibile eēt partē quancūq; iuxta quancūq; adiacere. pręterea ſi demōſtratū eſt ꝙ op; miſtionē fieri non corruptis his quę miſcent̄, impoſſibile eſt igitur per reſolutionē in atoma miſtionē fieri, ſic enim ꝛ ignis ꝛ aqua cum miſcētur corrūperētur. non enim eſt ſingula ſphęrica atomus ignis, ſed harū aceruus. ſimiliter autē ꝛ in aqua. quare ſi reſoluerētur quę miſcētur in elementaria magis corrūperent̄ vtiq;. oportet aūt miſtionem eſſe quibuſdā non corruptis. ſic ergo per vnū enunciatorum vnam ſuppoſitionē ſuſtulit. alterā quoq; ſimiliter per alterū enunciatum interimit. ſi enim eſt alterū a cōpoſitione miſtio, non erit ad ſenſum miſtio. ſi enim fuerit ſm parua iuxta poſita, ita vt non cadat ſub ſenſum iuxta poſitio ꝑpter paruitatē miſtio erit compoſitio ꝛ iuxta poſitio. neq; enim q2 non videātur ꝑpter paruitatem iuxta poſita, miſtio fuerit, ſed q2 ſunt iuxta poſita ꝛ nō temperata. ēt ſi ſenſui non appareant, nō erit miſtiō. pręterea ſi ad ſenſum ſit miſtio, idem alteri quidē erit miſtum qui acute nō cernat, alteri xō non miſtū, vt lynci non miſtum, qui ꝑpter viſus acutiē etiā vltra terras videre dicit̄. ſic xō habebit miſtio eſſe in habitudie, nō natura, qđ eſt abſurdum. quę enim miſcētur etiā ſi nullus iudicet, proculdubio miſta ſunt. illud xō [ſed eſt ita vt quęcūq; iuxta quācūq; miſtorum partes] ꝑpter ſecundam ſuppoſitionē dicit, manifeſtum autē ꝙ eo ꝙ reſoluantur, quę miſcentur in magis elemētaria, hoc eſt atomos ꝛ vnaquęq; iuxta vnāquāq; adiaceat, aliter enim impoſſibile. ibi xō [dicitur quidē igitur illo modo, vt ordea.] exēplum primi modi ponit, qui dicit ad ſenſum eſſe miſtionem, videtur autē vt ad ſecundū modū hęc dicere, q2 dicit, quādo quęcūq; iuxta quācūq; appoſita fuerit. eadem enim dictione vſus eſt qua ꝛ in ſcđo modo, ſed non eſt, ſed ad primum hęc dicit. ꝛ eſt manifeſtū ex his quę dicit, dicit̄ quidem illo modo hoc eſt ad primū nō ad proximū. dicit aūt qđcūq; iuxta qđcunq;. videlicet ordeū iuxta triticū. vt qđcunq; ordeū tritico vni alicui adiacere ſumamus, non tñ ſm aceruum. multa ſimul ordea, multis ſimul triticis. congruet autē magis exemplū ſcđo modo, nam in his quę ꝑpter partium tenuitatē non apparent, vt in collyrijs ꝛ miſtione farinę ordei ꝛ tritici ꝛ aliorum quorūdā, non omnino quodcunq; iuxta quodcūq; miſtorum iacet, ſed contingit ramenta quędam conſimilis ſpeciei adiacere, vt ordeacea aut alterius ſpeciei.

℃ Si aūt eſt oē corpus diuiſibile, ſiquidē eſt ꝛ corpus corpori miſtū qđ ſimiliū partiū, quācūq; oportebit vtiq; partem, ſecus fieri

Tex.c.86. iuxta quācūq;. ℃ Qm̄ autem nō eſt ad minima diuiſū eſſe, nec cōpoſitio hoc ꝛ miſtio, ſed diuerſū, planū, ꝙ nec ſm parua ſeruata op; ea quę miſcent̄ dicere miſta eſſe: cōpoſitio enim erit non aūt tēperatura neq; miſtio, neq; habebit eandē rōnē cū toto pars. dicimus aūt ſi quidē op; miſtum eſſe aliqđ, qđ miſtū eſt ſimilariū partiū eſſe, ꝛ ſicut aquę pars aqua ita ꝛ tēperati. ſi aūt ſm parua cōpoſitio miſtio nullū horū accidet, ſed ſolū q̄ miſta ſunt ad ſenſū. ꝛ idē huic qdē miſtū, ſi nō inſpexerit quis acute, lynci xō nihil miſtum, neq; diuiſione, neq; quęcunq; iuxta quācūq; pars impoſſibile nāq; ſic diuiſum fuiſſe. aut igitur non eſt miſtio, aut dicendū hoc quomodo contingit fieri rurſus.

℃ Hinc deſtruit dictos duos miſtionis modos, vſus eſt aūt ſyllogiſmo hypotetico huiuſmodi, ſi eſt corpus corpori miſcibile, ꝛ ſi eſt corpus in infinitum diuiſibile ſequet̄ ſimilarem quancūq; miſti fieri partem. illud enim quodcūq; vtiq; oporteret ſimilare fieri iuxta quodcūq;, ęquale eſt illi partē omnem omni ſimilarē fore debere, ꝛ ꝯſequētia quidē huiuſmodi eſt, eius antecedēs ſicut dixi duo ſunt enunciata, in infinitū. ſ. eē corpus diuiſibile, ꝛ alterum eſſe miſtionē a cōpoſitione. potentia enim cōtinetur in illo, ſi quidem eſt corpus corpori miſcibile, alterum erit manifeſte a cōpoſitione miſtio. nā in cōpoſitione hoc eſt iuxta poſitione, non quodcunq; cuicūq; iuxta ponitur, cum ſit corpus in infinitum diuiſibile, ꝛ ſi ſimilarē oportet eſſe partē omnē eius qđ miſcetur, non vtiq; fuerit miſtio, nec ſm parua cōpoſitio, neq; qđcunq; iuxta quodcūq; opponitur ſm reſolutionē in atoma. neq; enim ſimiles ſunt iuxta poſitę atomi, cū poſitū eſt in infinitū eſſe corpus diuiſibile. ſed vnde qđ ad aīs ſequatur ꝯñs: ꝙ ſi alterum eſt a cōpoſitione miſtio, cōpoſitio xō diſſimiles habet partes, miſtio nō habebit diſſimiles, ſimiles ergo, ſed non ita ſimiles vt dicerent qui atoma dicunt, quoniam enim cōpoſita ex atomis miſceri dicebant, non enim ipſas atomos, miſceri autē ipſa per reſolutionē ad atomos ꝛ iuxta poſitione cuiuſcūq; atomi iuxta quācūq; dixerunt totum diſſimile. partes dicentes non ipſas atomos, nam hę ſunt elementa, ſed quę conſtāt ex ipſis totius partes, in quibus omnibus ſimilis iuxta poſitio cernit̄. qđ igitur nō ſic eſt ſimilare qđ miſcetur, manifeſtū eſt ex eo ꝙ ſumptum eſt, omne corpus in infinitū diuiſibile, ſed q2 ſemper ꝛ in infinitum facta diuiſione omnes partes ſimilares inueniunt̄. ꝯñtia igit̄ vt dixi hmōi eſt. aſſumptū xō ei ſit poª idē cum aīcedēte, ſed locutione diuerſū. cum enim vellet aſſumere, atqui omne corpus eſt in infinitū diuiſibile ꝛ eſt aliud miſtio a compoſitione, aſſumit qđ ęqualet illud. ſ. qm̄ autē non eſt in minima diuiſum iri, nec cōpoſitio idē eſt ꝛ miſtio, quorū illud quidē, qm̄ nō eſt in minima diuiſum iri ęq̄le eſt illi, quoniā omne corpus diuiſibile eſt. illud xō neq; cōpoſitio idē ꝛ miſtio, qđ eſt aſſumptum in antecedēte, qđ potentia cōtinebat illud ſiqdē eſt corpus corpori miſcibile. his igit̄ aſſumptis ꝯñs eſt illa ꝯcluſio, ſimilare eē oīquaq; ſibi ipſi qđ miſcet̄, qđ ipſum qdem non poſuit, ſed per alia ipſum aſtruit, manifeſtū eſt enim inqt ꝙ neq; ſm parua ſeruata quę miſcentur, oportet dicere eſſe miſta, eſt enim cōpoſitio ꝛ non tēperatura neq; miſtio. nec habebit eandem rationem toti pars, hęc autē oſtenſiua ſunt ꝙ ſimilare ſit quod miſcetur, nam ex deſtructione huius ꝙ ſit diſſimilare, ſimilare eſſe inducitur. nullum aūt inquit horū accidet niſi fuerit ſm parua cōpoſitio miſtio, non enim erit ſimilare ipſū totum, neq; habebit eandē rōnē toti pars. qđ ſequebat̄ ad enūciatū dicēs, alterum eſſe cōpoſitionem a miſtione. ſi aūt non eſt totū ſimilare erit apparēs ꝛ nō exñs miſtio, ꝛ ꝑꝑ hō lynci nō erit miſtum. ibi xō [neq; diuiſione] de cōi verbū iſtud nō miſtū dicit̄. tranſit aūt ad alterū modū dicētē qđcūq; iuxta qđcūq; eſſe miſtionē. quē ꝛ ipm̄ cōtingit fieri ex ꝯpōne ſm parua. cōceſſo enim ꝙ in infinitū ſit corpus diuiſibile, ipoſſe eſt qđcūq; iuxta qđcūq; poni. impoſſe eſt enim in atoma diuidi ipm̄ ꝯtinuū. quare accidet, ꝛ hūc iuxta poſitione Com. 133.

ſm paruа fieri, qđ abſurdũ eſt. ꝑter id qđ iã dixi, ꝙ ex reſolõne in elĩta, nõ ſeruãt miſtoꝝ nã, qđ oportebat. deinde ſubiũgit, aut igit̃ nõ eſt miſtio, aut dicendũ hoc quõ cõtingit fieri rurſus. ſerat.n.totus ſylli ꝓceſſus. ſi ẽ miſtio, ſimilares opꝫ eſſe eius qđ miſcet̃ ptes, duob⁹ igitur ſuppoſitis modis miſtionis, vterqꝫ ſublat⁹ eſt eo ꝙ neuter ſeruare poſſit, ſimilares eorũ q̃ miſcent̃ partes. h̃ ḡ oñſo ſequit̃ ingt aut nullo mõ eẽ miſtionẽ, aut aliũ eẽ miſtionis modũ ꝑter dictos. addidit aũt verbũ, rurſus, qꝛ idẽ bis q̃ in primis fecit. cũ eni deſtruxit ꝓadductas opiões. ipſe demõſtrauit quõ vnũqđqꝫ ipſoꝝ gñat̃.

Tex.c.87. ❡Sunt itaqꝫ vt dicebamus entiũ hęc quidẽ actiua, illa vo ab iſtis paſſiua. hęc igit̃ cõuertunt̃ quorũcũqꝫ mã eadẽ eſt, ⁊ actiua adinuicẽ, ⁊ patiẽtia abinuicẽ. illa vo agunt ipaſſibilia exiſtẽtia quoꝝ non eadẽ eſt mã. horũ igit̃ nõ eſt miſtio, qꝛ neqꝫ medicatiua facit ſanitatem, neqꝫ ſanitas miſta corporibus.

Com.134 ❡Cũ ſuſtulerit falſas de miſtione opiniones, volenſqꝫ deinceps dicere ⁊ qđ eſt miſtio, ⁊ quõ fit, reducit nobis ad memoriã ea q̃ dicta ſunt de agere ⁊ pati. ꝙ hęc agentiũ ⁊ repatiunt̃, q̃cũqꝫ eadem mã cõicãt inter ſe. hęc vo agẽtiũ nõ repatiunt̃ q̃cũqꝫ nõ hñt cõeꝫ mãꝫ. qm̃ igit̃ q̃ miſcent̃, ſunt ea q̃ agunt, repatiũturqꝫ adinuicẽ, agunt vo repatiũturqꝫ adinicẽ ea q̃ in mã ꝯueniũt, hęc vtiqꝫ adinuicẽ miſta fuerint, q̃cunqꝫ eadẽ mã ꝑticipauerint. quapꝓ h̃ eſt miſtio, actio mutua cõicãtiũ in mã. horũ igit̃ ingt.ſ.nõ cõicãtiũ in mã, ⁊ ob h̃ ingt nõ repatientiũ in mã nõ eſt miſtio. ⁊ ob h̃ nec medicina ars agens in corpus miſcet̃ ei, nã medicina ars nõ cõicat in mã cũ corpe, ſciẽ eni ſunt in aĩa. ꝓp h̃ ḡ ſanãs corpus ars medicinę nõ miſcet̃ ei. ſi quidẽ miſcent̃ q̃ abinuicẽ repatiũtur. repatiunt̃ aũt quę cõicãt in mã. hꝫ aũt lr̃a qđ difficile. iđ eniꝫ ingt nec medicina ars facit ſanitatẽ miſta, nec rurſus ſanitas miſta corpibus facit ſanitatẽ. aut igit̃ ſic eſt intelligẽdũ, iđ nec medicina ars miſta corporib⁹ facit ſanitatẽ, neqꝫ ſanitas miſta corporib⁹, vt verbũ illđ miſta corpibus mõ cõprehẽſiuo dictũ ſit. nõ miſcet̃ autẽ ꝓculdubio ſanitas forma exñs. dictũ eſt autẽ ꝙ formę nõ miſcent̃ ſubiectis, aut ſanitatẽ quidẽ facientẽ accipiemus rõnẽ ſanitatis, genitã vo eã quę in corpore. quarũ neutra miſcet̃ corpori. nam hęc quidẽ hꝫ eſſe in anima, altera vo forma eſt ipſius ſubiecti.

Tex.c.88. ❡Actiuoꝝ aũt ⁊ paſſiuoꝝ, quęcũqꝫ facile diuiſibilia, multa quideꝫ paucis, ⁊ magna paruis cõpoſita non agũt miſtionẽ, ſed augmentationeꝫ eius qđ dominat̃: tranſmutat̃ enim alteruꝫ in dominans: vt gutta vini mille cõgijs aquę non miſcetur, ſoluitur eniꝫ forma,

Tex.c.89. ⁊ trãſmutat̃ in vniuerſam aquã. ❡Cũ vo poteſtatib⁹ adequant̃ quodãmõ, tũc trãſmutat̃ quidẽ vtrũqꝫ indominãs ex ſui ipſius natura, nõ fit aũt alteruꝫ, ſed intermediũ ⁊ cõe. manifeſtũ igitur ꝙ ſunt hęc miſcibilia quęcũqꝫ contrarietatem agentium habent: hęc enim ſunt abinuicem paſſiua.

Com.135. ❡Quũ dixit qđ eſt miſtio ⁊ quoꝝ, ꝙ eoꝝ quę cõicãt in mã, qm̃ non oĩa in mã cõicantia miſcent̃, naꝫ nec lapis ligno miſcibilis, ꝓp hoc ꝑius diſtinguit, qualia cõicantiũ in mã ſunt q̃ miſcent̃, ꝙ ea q̃ facilę ſunt diuiſibilia. facile vo diuiſibilia ſũt, q̃ facile terminabilia. facile vo terminabilia ſunt ipſa humida. quare q̃cũqꝫ cõicãtium in mã humida ſunt, hęc miſcent̃, quõ aũt q̃ humida ſũt, miſcent̃, infert, ꝙ nõ quocũqꝫ mõ ſe hñtia, nõ eniꝫ qđcũqꝫ humidũ cuicũqꝫ aduenięs facit miſtionẽ. neqꝫ.n. ſi gutta vini mille cõgijs aquę, ingt, iniecta fuerit, miſtũ facit totũ. nã eo ꝙ ſuperet virtus aquę, patit̃ ſoluꝫ gutta vini ab ipſo. nec fortis eſt ad reagẽdũ in ipſaꝫ, ſꝫ patiẽs ſolũ vini gutta, ſm formã tranſmutat̃, ⁊ fit gñatio ⁊ corruptio, nõ miſtio. naꝫ ⁊ ſi nata ſint agere aliqua inter ſe, ſed nõ quõcũqꝫ ſe hñtia. ſed hñtia quãtitatẽ terminatã, indigent enim formę ẽt quãtitate quadã vt cõſiſtant vt ipſe in phyſica dixit. in gutta igit̃ quãuis ſit vini forma, ſed nõ eſt ptãte actiua in mille congijs aquę. ⁊ a pn⁹ qđẽ manifeſtũ eſt ꝙ miſtio fit quędam in particula propinquãte, ſed quũ ad multũ gutta diſperſa fuerit, ⁊ ſemꝑ eo ꝙ amplius ſit qđ admiſtũ eſt, obtundit̃ q̃litas. demũqꝫ oĩno trãſmutat̃. opꝫ igit̃ q̃ miſcent̃ ęquari quodãmõ virib⁹. ⁊ recte dixit quodãmõ, non eniꝫ oĩno ęqualia opꝫ eẽ, ſed nõ multũ alteꝝ excedere. ęquatis igit̃ quodãmõ poteſtatibus, oñat̃ ſm qđ alterum alteri, nõ ita tñ oĩno corrũpit, ſed vt exceſſus domet ſolũ. ⁊ ſic totum fit cõe qđdã amboꝝ miſtoꝝ. nõ tñ alterũ ipſoꝝ vt iniecta gutta. qđ igit̃ fit eſt ambotum cõe. ſeruat̃ tñ po⁹ vtrũqꝫ in miſtura dicto mõ. manifeſtũ igit̃ ingt eſt ex dictis quę nã ſint q̃ miſcent̃, ꝙ.ſ.q̃cũqꝫ agentiũ ⁊ patiẽtiũ ꝯrietatẽ hñt. hoc aũt dixit ꝓp cęleſtia. agunt eniꝫ ⁊ hęc in ea quę ſunt hic, ſꝫ non hñt ꝯrietatẽ, qꝛ nec ẽt mãꝫ hꝫ cõeꝫ. quęcũqꝫ igit̃ agentiuꝫ ⁊ patiẽtium contrarietatẽ habent humida exiſtẽtia ⁊ quodãmodo ęquata potẽtijs, hęc ſunt quę agunt ⁊ repatiuntur miſcenturqꝫ.

❡Et parua quoqꝫ paruis iuxta poſita miſcẽtur magis, faciliꝰ.n. ⁊ celerius adinuicẽ ꝑmutant̃. multũ autẽ ⁊ a multo tardius hoc opat̃. quapꝓp facile terminabilia diuiſibiliuꝫ ⁊ paſſiuoꝝ miſcibilia, diuidunt̃.n. hęc in parua faciliter, hoc.n. erat facile terminabili eẽ, vt humida miſcibilia maxime iter corpora, facile nãqꝫ terminabile maxime humidũ inter diuiſibilia, niſi fuerit tenax. hęc.n. maiorẽ ⁊ ampliorẽ faciũt molẽ. cũ vo fuerit alterũ ſolũ paſſiuũ, aut vehemẽter: illud vo valde remiſſe, aut nihil: ampli⁹ qđ miſtũ ẽ ex vtriſqꝫ, aut paꝝ erit, qđ accidit circa ſtagnũ ⁊ ęs.

❡Quũ oñdit ꝙ nõ per iuxta poſitionẽ eſt miſtio, neqꝫ Tex.c.136.
ꝑ diuiſionẽ ad minima. nũc dicit ꝙ ⁊ ſi nõ ſit iuxta poſitio miſtio, cõfert tñ ad miſtionẽ, diuiſio in paruas ptes ⁊ iuxta poſitio. facilius enim in parua diuiſa miſcent̃ q̃ miſcent̃. facilius eniꝫ ingt patit̃ paruũ a paruo, q̃ magnũ a magno. multũ vo a multo diutius patitur. ❡Sꝫ vi h̃ quodãmodo excedere analogiã, ꝓp qđ enim non quẽadmodũ eadẽ eſt rõ partis ad ptẽ, ſic ẽt totius ad totũ: ſic ſm eandẽ rõnẽ ſilr̃ patit̃ totũ a toto, ſicut pars a parte. ſi ẽt hoc, nihil ꝯfert ad parua diuiſio ⁊ iuxta poſitio ad velociorẽ miſtionẽ. ſed ⁊ quãuis nõ fuerint diuiſa, ⁊ totũ toti iuxta poſitũ ſit, nihil minus miſcebunt̃ adinuicẽ patiẽtia. ꝑterea ſi virtutes quãto ſunt magis cõgregatę tãto vehemẽtiores, ⁊ excedẽtes partiũ ꝓportionẽ, vt manifeſte oſtẽdit̃ in imperibus, diuiſę eni partes nõ ſeruãt totius ꝓportionẽ, ⁊ h̃ eſt in auro manifeſtiſſimũ, ſꝫ indigẽtes grauitate quadã totius partes vident̃.

ſilr rurſus ſi cōponant̄ ptes, grauius totū partiū ꝓpor tione vi. ignis quoqꝫ quāto cōgregatior calidior eſt. icirco in fornacē magnā iniectū lignū magnū, accēditur ſtatiꝫ, ſꝫ in minori flāma min⁹ lignū ſm ꝓportionē non idē pateret. ſi igit̄ vires quāto cōgregatiores tāto vebe mētiores, ꝯñs eſt vt miſceantur quę nō fuerint diuiſa. ℂ Dicimus aūt ad hęc, ꝙ in exēplo d̄ igne ⁊ ligno merito amplior ignis magis agit, q̄ꝛ gn̄atio ē ⁊ corruptio. ſolo igit̄ igne agēte ⁊ ſolo ligno patiēte, merito quā cōgregatior fuerit vis actiua magis agit, aut nullo mō repatiēs, ab ꝟ in qḋ agit, aut obſcuriſſime, imo potius auctã gn̄atio eniꝫ ⁊ corruptio eſt iſto res. id autē qḋ dī de impetibus. nō eſt ꝯrioꝝ congreſſus, ſed ſimiliū. ſilr ꝟo ſimili aduenięs coegit illi potius ⁊ viuificat totū. quoniā ⁊ diuiſio ad corruptionē aptius facit qḋ diuiditur. vt diximus ſupra. merito igitur ⁊ vnio magis viuificat. hęc quidē ꝟ mō: at in his q̄ miſcent̄ q̄ꝛ ęqualr agūt inter ſe quę miſcent̄, agūt aūt inter ſe, ſe tāgētia. magis ꝟo ſe tangunt, diuiſa, nā ꝯgregata exñtia, multā hñt profunditatē, merito igit̄ diuiſa magis miſcentur, q̄ꝛ ⁊ magis agūt ⁊ patiunt̄. hoc aūt q̄ꝛ ⁊ magis tāgunt. nā ⁊ in igne idē lignū citius patit̄ diuiſum, q̄ꝛ ⁊ magis cū igne cōlicant eius partes. q̄re in his quę miſcent̄ q̄ꝛ opꝫ vtraqꝫ pati, opꝫ vtraqꝫ diuiſa eſſe vt citius patiant̄. patięs eniꝫ diuiſuꝫ citius patit̄. recte ḡ dictū eſt, ꝙ q̄ miſcent̄ diuiſa ⁊ ſm parua iuxta poſita magis miſcent̄. quę autē prius dixit diuiſibilia nūc dicit facile terminabilia, ex quo manifeſtū eſt ꝙ ēt ſupius diuiſibilia facile terminabilia dixit. diuiſibiliaꝫ igit̄ q̄ facile terminabilia, hęc ꝟo humida ſunt. (lapis nāqꝫ diuiſibilis quidē eſt ſꝫ nō facile terminabilis.) hęc ſunt miſcibilia, q̄ꝛ facile diuidunt̄. diuiſa ꝟo magis dicebamus miſceri. hęc igit̄ eſt ingt facile terminabilis rō. ſ. facile diuiſibile eē. nā facile terminabile eſt qḋ facile a ꝯtinēte terminat̄. h̄ꝰ aūt eſt qḋ facile diuiſibile vt humidū. durū. n. nō facile eſt terminabile. alterā quoqꝫ diſtinctionē addidit, qḋ nō oē humidū eſt miſcibile, ſꝫ qḋ nō fuerit tenax, tenacia aūt ſūt. oleū, viſcū, pix liqda, ⁊ alia hmōi. nā ꝑꝑ lentorē hęc ⁊ tenacitatē, ſunt difficile diuiſibilia ⁊ difficile ſeꝑabilia, ⁊ labūtur q̄ ipſis ſuꝑfundunt̄, ⁊ nō in ꝓfundū penetrāt. iccirco nō miſcent̄, ſunt. n. minus facile terminabilia, his q̄ nō lēta ſunt. iccirco ⁊ cocūtia nullo mō miſcent̄, ſꝫ molē ampliorē fecerunt ſolū. q̄ñ ꝟo inquit alteꝝ ab altero ſolum paſſiuū ſit, ſed nō alteruꝫ ab altero, aut hoc quidē vehementer ⁊ facile patit̄, alterū ꝟo non facile, ⁊ remiſſe, in his ingt in miſtiōe nō amplr̄ ſimul vtraqꝫ maiorem molē altero ſolo facere, aut ēt ſi fiat additio aliqua parua, tanq̄ꝫ ampliori cōſumpto, qḋ accidere dicit circa ſtagnū ⁊ ęs. nā aereū exñs ſtagnum ⁊ aere plenū, ⁊ totū aptū ad huius mutationē in vaporē ⁊ in aerē conuertit̄ cum ab igne caleſcit in miſtione cū ęre. ⁊ ſoluꝫ colorat ipſum ęs, ſed quantitati nihil apponit. forte ꝟo ⁊ oino nō fit miſtio ſtagni ad ipm ęs, ſꝫ appoſitio ⁊ agglutinatio, neqꝫ eniꝫ humido exñti ęri admiſcet̄, neqꝫ ꝑ totā eius ſubaꝫ procedit, ſed ſolū ſuperficiē colorat. eſt igitur magis ſimile formę cuidā ſtagnū ipſum in ipſo ęre ſubiecto, vt ⁊ ipſe progrediens dicet.

Tex.c.90. ℂ Quędā eniꝫ balbutiūt adinuicem entiū, ⁊ ancipitis ſunt naturę: apparēt eni quodāmodo ⁊ miſcibilia remiſſe, ⁊ vt alteꝝ quideꝫ ſuſceptiuū, alteruꝫ ꝟo forma, qḋ ⁊ in his accidit. ſtagnū enim vt paſſio quędā exiſtēs ſine mā ęris pene euaneſcit ⁊ miſtuꝫ recedit cuꝫ colorauerit ſolū. idē aūt hoc accidit ⁊ i alijs. manifeſtum igit̄ ex dictis, ⁊ ꝙ eſt miſtio, ⁊ qd eſt, ⁊ ꝑꝑ qd, ⁊ qualia miſcibilia entiuꝫ, ſi qdeꝫ ſunt quędā eiuſmodi qualia paſſibilia abinuicē, ⁊ facile terminabilia, ⁊ facile diuiſibilia: hęc enim neqꝫ corrupta eſſe neceſſe ē q̄ miſta fuerūt neqꝫ pñt ipſa ſimplr̄ eē, neqꝫ cōpoſitionē eſſe ipſorum miſtioneꝫ, neqꝫ ad ſenſum. ſed eſt miſcibile quidē, q̄ñ facile terminabile exiſtens paſſibile fuerit ⁊ actiuuꝫ, ⁊ huic miſcibile: ad ęquiuocū enim miſcibile. miſtio aūt eſt miſcibiliū alteratoꝝ vnio.

